cum recte valerem, obeundis imperatoris muneribus sæpe de vobis bene sum meritus. Quicquid autem facturi estis, id ineunte statim vere, nec ulla procrastinatione utentes faciatis; quia hostes brevi res quidem Siculas comparabunt, quæ vero ex Peloponneso, tardius quidem; sed tamen, nisi animum *ad eas* advertatis, partim quidem, ut et ante, vos latebunt, partim vero *vos* prævertent."

16. Hæc igitur sunt, quæ Niciæ epistola declaravit. Athenienses vero, his auditis, ipsi quidem imperium non abrogarunt: sed, donec alii collegæ delecti *ad eum* pervenirent, duos eorum, Menandrum et Euthydemum, qui illic cum ipso erant, delectos ipsi adjunxerunt, * ne solus infirma valetudine vexaretur. Alium etiam exercitum censuere mittendum, et nauticarum et pedestrium copiarum, tam ex Atheniensium legionariis militibus, quam ex sociis. Et Demosthenem Alcisthenis, Eurymedontem Theuclis *filium*, collegas delectos ipsi miserunt. Atque Eurymedontem quidem statim circa solstitium hybernum in Siciliam miserunt cum decem navibus, et cum viginti argenti talentis, quæ secum

* Ne solus relictus ob corporis infirmitatem succumberet. *Acacius.*

λοῦντα τοῖς ἐκεῖ, ὅτι ἥξει βοήθεια, καὶ ἐπιμέλεια αὐτῶν ἔσται.

Bell. Pelop. an. 18. Olymp. 91. 3. U. C. Varr. 341. Inter Jan. 1. et Mart. 18.

ιζ'. Ὁ δὲ Δημοσθένης, ὑπομένων, παρεσκευάζετο τὸν ἔκπλουν, [d] ὡς ἅμα τῷ ἦρι ποιησόμενος, στρατιάν τε [e] ἐπαγγέλλων ἐς τοὺς ξυμμάχους, καὶ χρήματα αὐτόθεν, καὶ ναῦς καὶ ὁπλίτας ἑτοιμάζων. πέμπουσι δὲ καὶ περὶ τὴν Πελοπόννησον οἱ Ἀθηναῖοι εἴκοσι ναῦς, ὅπως φυλάσσοιεν, μηδένα ἀπὸ Κορίνθου καὶ τῆς Πελοποννήσου ἐς τὴν Σικελίαν περαιοῦσθαι. οἱ γὰρ Κορίνθιοι, ὡς οἵ τε πρέσβεις αὐτοῖς ἧκον, καὶ τὰ ἐν τῇ Σικελίᾳ βελτίω [f] ἤγγελλον, νομίσαντες, οὐκ ἄκαιρον καὶ τὴν προτέραν πέμψιν τῶν νεῶν ποιήσασθαι, πολλῷ μᾶλλον ἐπέῤῥωντο, καὶ, ἐν ὁλκάσι, παρεσκευάζοντο αὐτοί τε ἀποστελοῦντες ὁπλίτας [g] ἐν τῇ Σικελίᾳ, καὶ ἐκ τῆς ἄλλης Πελοποννήσου οἱ Λακεδαιμόνιοι τῷ αὐτῷ τρόπῳ πέμψοντες. ναῦς τε οἱ Κορίνθιοι πέντε καὶ [h] εἴκοσιν ἐπλήρουν, ὅπως ναυμαχίας τε ἀποπειράσωσι [i] πρὸς τὴν ἐν τῇ Ναυπάκτῳ φυλακὴν, καὶ τὰς ὁλκάδας αὐτῶν ἧσσον οἱ ἐν τῇ Ναυπάκτῳ Ἀθηναῖοι κωλύοιεν

[d] Καὶ ὡς ἅμα etc. *Ar. C. Dan.* [e] Ἀπαγγέλλων *Dan.* ἐπαγγέλλων Mosqu. [f] Ἤγγελον Aug. Paulo post ἐν ante ὁλκ. d. Mosqu. id. mox Πελοποννήσου. [g] Pro εἰς τὴν Σικελίαν. qua loquendi formula sæpius utitur *Thucyd. Huds.* Mox πέμψαντες Aug. [h] Εἴκοσι *Gr.* Aug. Mosqu. [i] Πρὸς τὴν ἐν τῇ Ναυπάκτῳ Ἀθηναίων, omissis intermediis, quæ in marg. adscripta sunt *Cass.* Aug.

ferebat; simul etiam ut illis, qui illic erant, auxilium venturum, ipsosque civitati curæ futuros nuntiaret.

17. Demosthenes vero ad adornandam profectionem remansit, ut primo statim vere discederet; et ad indicendum sociis delectum, et ad comparandas illinc pecunias, naves, et gravis armaturæ milites. Præterea Athenienses mittunt circa Peloponnesum viginti naves, ut observarent, ne quis e Corintho et ex Peloponneso trajiceret in Siciliam. Nam Corinthii, postquam legati ad ipsos venerunt, et res in Sicilia meliore conditione esse nunciaverunt, existimantes, et priorem classem non intempestive a se missam fuisse, multo magis animo confirmati sunt, et cum ipsi ad gravis armaturæ milites in onerariis navibus in Siciliam mittendos sese accingebant, tum etiam Lacedæmonii ad *copias* eodem modo ex cætera Peloponneso mittendas *sese præparabant.* Et Corinthii viginti quinque naves instruxerunt, ut pugnam navalem experirentur * adversus speculatorias illas, quæ stabant ad Naupactum; utque Athenienses, qui Naupacti erant, onerariarum ipsorum navium profe-

* Male vertit *Interpres.* Debuisset enim ita reddere: *adversus illas, quæ in statione erant apud Naupactum etc.* Vide *Annott.* HUDS.

Bell. Pelop. an. 18. Olymp. 91. 3. U. C. Varr. 341.

ἀπαίρειν, [h] πρὸς τὴν σφετέραν ἀντίταξιν τῶν [i] τριηρῶν τὴν φυλακὴν ποιούμενοι.

ιη'. Παρεσκευάζοντο δὲ καὶ [k] τὴν ἐς τὴν Ἀττικὴν ἐσβολὴν οἱ Λακεδαιμόνιοι, ὥσπερ τε προεδέδοκτο αὐτοῖς, καὶ τῶν Συρακουσίων καὶ [l] τῶν Κορινθίων ἐναγόντων, ἐπειδὴ ἐπυνθάνοντο τὴν ἀπὸ τῶν Ἀθηναίων βοήθειαν ἐς τὴν Σικελίαν, ὅπως δὴ, ἐσβολῆς γενομένης, διακωλυθῇ. καὶ [m] ὁ Ἀλκιβιάδης, προσκείμενος, [n] ἐδίδασκε [o] τὴν Δεκέλειαν τειχίζειν, καὶ μὴ ἀνιέναι τὸν πόλεμον. [p] μάλιστα δὲ τοῖς Λακεδαιμονίοις ἐγεγένητό τις ῥώμη, διότι, τοὺς Ἀθηναίους, ἐνόμιζον, διπλοῦν τὸν πόλεμον ἔχοντας, πρός τε σφᾶς καὶ Σικελιώτας, [q] εὐκαθαιρετωτέρους ἔσεσθαι· καὶ ὅτι, τὰς σπονδὰς προτέρους λελυκέναι, ἡγοῦντο, αὐτούς· ἐν γὰρ τῷ προτέρῳ πολέμῳ σφέτερον τὸ παρανόμημα μᾶλλον γενέσθαι, ὅτι ἐς Πλάταιαν ἦλθον Θηβαῖοι ἐν σπονδαῖς, καὶ, εἰρημένον ἐν ταῖς πρότερον ξυνθήκαις, ὅπλα μὴ ἐπιφέρειν, ἢν δίκας [r] θέλωσι διδόναι, αὐτοὶ οὐχ ὑπήκουον ἐς δίκας προκαλουμένων τῶν Ἀθηναίων· [s] καὶ διὰ τοῦτο δυστυχεῖν τε εἰκότως ἐνόμιζον, καὶ ἐνεθυμοῦντο τήν τε

[h] Id est: σφᾶς αὐτοὺς φυλάσσοντες πρὸς τὰς ἑαυτῶν ταῖς Ἀττικαῖς ναυσὶν ἀντιτεταγμένας τριήρεις. *Æ. Port.* Vide L. 7. c. 18. *Huds.* [i] Τριήρων *Cass.* Aug. [k] Τὴν ante ἐς d. Mosqu. [l] Τῶν deest *Reg. Cass.* Aug. Mosqu. [m] Articulum non agnoscit *Ar.* [n] Ἐδίδαξε *Gr.* [o] Τὴν omittunt *Ar. C.* Δεκίλιαν Mosqu. Aug. sed hic ι mut. in ει. [p] Μάλιστα δὲ καὶ τοῖς *Gr.* Μάλιστα καὶ τοῖς *Ald. Flor. Bas.* [q] Εὐκαθαιρωτέρους *Gr.* [r] Ἐθέλωσι *Gr.* [s] Καὶ διατοῦτο εἰκότως δυστυχεῖν τε ἐνόμιζον *Ar. C. Cass.* Aug. εἰκότως d. Mosqu. Διατοῦτο etiam *Gr.* et εἰκότως δυστυχεῖν τε ἐνόμ. *Reg. Dan.*

etionem minus impedirent, utpote suarum navium præsidio adversus illorum triremes, quæ se opponebant, seipsos tuentes.

18. Lacedæmonii vero (prout etiam ante secum ipsi constituerant) expeditionem in Atticam apparabant, instigantibus Syracusanis atque Corinthiis, postquam audierunt, auxilium ab Atheniensibus in Siciliam mitti, ut irruptione facta impediretur. Quinetiam Alcibiades instans, *illos* docebat, Deceleam muniendam esse, nec bellum remittendum. Præcipue vero quoddam *animi* robur Lacedæmoniis accessit, quod existimarent, Athenienses, qui duplex bellum gerebant, contra se et Sicilienses, a se facilius debellatum iri: præterea quod ipsos priores fœdera fregisse ducerent. Nam in superiore bello a se potius peccatum fuisse, quod Thebani fœderum tempore Platæam invasissent. Et, cum in prioribus pactionibus cautum fuisset, ne arma inferrentur *illis, qui injuriam alteris fecissent,* si judicium subire vellent, ipsi ad judicium ab Atheniensibus provocati, venire noluissent. Et propterea se merito adversa fortuna usos existimabant; et cum illam cladem, quam ad Py-

περὶ Πύλον ξυμφορὰν, καὶ εἴ τις ἄλλη αὐτοῖς [t] γένοιτο. ἐπειδὴ δὲ οἱ Ἀθηναῖοι, ταῖς τριάκοντα ναυσὶν ὁρμώμενοι, Ἐπιδαύρου τὶ καὶ [u] Πρασιῶν καὶ ἄλλα ἐδῄωσαν, καὶ ἐκ Πύλου ἅμα ἐλῃστεύοντο, καὶ, ὁσάκις περί του [v] διαφοραὶ γένοιντο τῶν κατὰ τὰς σπονδὰς ἀμφισβητουμένων, ἐς δίκας προκαλουμένων τῶν Λακεδαιμονίων, οὐκ ἤθελον ἐπιτρέπειν· τότε δὴ οἱ Λακεδαιμόνιοι, νομίσαντες, τὸ παρανόμημα, ὅπερ καὶ [x] σφίσι πρότερον ἡμάρτητο, αὖθις ἐς τοὺς Ἀθηναίους τὸ αὐτὸ περιεστάναι, πρόθυμοι ἦσαν ἐς τὸν πόλεμον· καὶ ἐν τῷ χειμῶνι τούτῳ σίδηρόν τε περιήγγελλον κατὰ τοὺς ξυμμάχους, καὶ τὰ ἄλλα ἐργαλεῖα ἡτοίμαζον ἐς τὸν ἐπιτειχισμόν· καὶ τοῖς ἐν τῇ Σικελίᾳ ἅμα, ὡς ἀποπέμψοντες ἐν [y] ταῖς ὁλκάσιν ἐπικουρίαν, [z] αὐτοί τε [a] ἐπόριζον, καὶ τοὺς ἄλλους Πελοποννησίους προσηνάγκαζον. καὶ ὁ χειμὼν ἐτελεύτα· [b] καὶ ὄγδοον καὶ δέκατον ἔτος τῷ πολέμῳ ἐτελεύτα τῷδε, ὃν Θουκυδίδης ξυνέγραψε.

Bell. Pelop. an. 18. Olymp. 91. 3. U.C. Varr. 341.

[t] Ἐγιγνέτο *Marg.* Ἐγίνετο, et in marg. γίνοιτο *Gr.* [u] Πρασίων *Cass. Aug.* [v] Διαφορὰ γίνοιτο *Marg.* γίνοιτο Bas. [x] Σφίσι d. Mosqu. Mox id. περιήγγιλον, et τ' ἄλλα pro τὰ ἄλλα. [y] Ταῖς omittunt *Ar. C.* Mosqu. [z] Id est: αὐτοί τε ἐπόριζον ἐπικουρίαν, καὶ τοὺς ἄλλους Πελοποννησίους πορίζειν προσηνάγκαζον, ὡς αὐτὴν τοῖς ἐν Σικελίᾳ ἐν ὁλκάσιν ἀποπέμψοντες *Æ. Port.* [a] Ἐπορίζοντο *Cl.* [b] Καὶ τὸ ὄγδοον *Marg.*

lum acceperant, tum etiam *aliam*, si qua alia ipsis contigerat, * animo volutantes religioni vertebant. At, postquam Athenienses cum triginta navibus *ex Attica* profecti, agri Epidaurii partem, et Prasiarum, et alia loca vastarunt, simul etiam et Pylo prodeuntes latrocinia exercebant, † et, quoties orta esset controversia de aliqua conditionum, quæ in fœderibus erant dubiæ, ad judicium a Lacedæmoniis provocati, *rem controversam judicio* permittere nolebant: tunc vero Lacedæmonii, existimantes, suum illud peccatum, quod prius commiserant, idem in Athenienses *jam* recidisse, ad bellum animis erant propensis. Atque nuntiis ad socios hac hyeme circummissis ferrum *ipsis* imperarunt, et cætera instrumenta ad murorum exstructionem præpararunt. Simul autem et ipsi parabant, et cæteros Peloponnesios *ad idem faciendum* adigebant, ut illis, qui erant in Sicilia, auxilium in onerariis navibus mitterent. Atque hæc hyems exiit, et hujus belli, quod Thucydides conscripsit, duodevigesimus annus excessit.

* Ἐνεθυμοῦντο *in memoriam revocabant* vertit *Valla.* Verum accipi potest pro ἐνθύμιον ἐποιοῦντο· qua phrasi paulo infra utitur *Thucydides.* Vide *Indicem* in voce ἐνθύμιον. HUDS.

† Et quoties ex fœdere a Lacedæmoniis repetebantur res ereptæ etc. *Acacius.* WASS.

Bell. Pelop. an. 19. Olymp. 91. ¾. U. C. Varr. 34½. a Mart. 18.

ιθ'. Τοῦ δ' ἐπιγιγνομένου ἦρος, εὐθὺς ἀρχομένου, [b] πρωϊαίτατα δὴ οἱ Λακεδαιμόνιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι ἐς τὴν Ἀττικὴν ἐσέβαλον· [c] ἡγεῖτο δὲ Ἄγις ὁ Ἀρχιδάμου, Λακεδαιμονίων βασιλεύς. καὶ πρῶτον μὲν τῆς χώρας τὰ περὶ τὸ πεδίον ἐδῄωσαν· ἔπειτα Δεκέλειαν ἐτείχιζον, κατὰ πόλεις διελόμενοι τὸ ἔργον. ἀπέχει δὲ ἡ [d] Δεκέλεια σταδίους μάλιστα τῆς τῶν Ἀθηναίων πόλεως εἴκοσι καὶ ἑκατόν· παραπλήσιον δὲ οὐ πολλῷ πλέον καὶ [e] ἐπὶ τῆς Βοιωτίας. ἐπὶ δὲ τῷ πεδίῳ καὶ τῆς χώρας τοῖς κρατίστοις ἐς τὸ κακουργεῖν ᾠκοδομεῖτο τὸ τεῖχος, ἐπιφανὲς μέχρι τῆς τῶν Ἀθηναίων πόλεως. καὶ οἱ μὲν ἐν τῇ Ἀττικῇ Πελοποννήσιοι καὶ οἱ [f] ξύμμαχοι ἐτείχιζον· οἱ δ' ἐν τῇ Πελοποννήσῳ ἀπέστελλον περὶ τὸν αὐτὸν χρόνον ταῖς ὁλκάσι τοὺς ὁπλίτας ἐς τὴν Σικελίαν· Λακεδαιμόνιοι μὲν, τῶν τε [g] Εἱλώτων ἐπιλεξάμενοι τοὺς [h] βελτίστους, καὶ [i] τῶν Νεοδαμωδῶν, ξυναμφοτέρων ἑξακοσίους ὁπλίτας, καὶ Ἔκκριτον Σπαρτιάτην ἄρχοντα· Βοιωτοὶ δὲ τριακοσίους ὁπλίτας, ὧν ἦρχον Ξένων τε καὶ Νίκων, Θηβαῖοι, καὶ Ἡγήσανδρος Θεσπιεύς. οὗτοι μὲν οὖν ἐν τοῖς πρώτοις, ὁρμήσαντες ἀπὸ [k] τοῦ Ταινάρου τῆς Λακωνικῆς, ἐς τὸ πέλαγος

[b] Πρωΐτατα *Reg. Cass.* Aug. Sed *Cass.* ut et Aug. in marg. γρ. πρωαίτατα. [c] Ἡγεῖτο δ' Ἄγις *Gr.* [d] Δικελία Mosqu. [e] Ἀπὸ recenti manu inter versus *Cass.* [f] Σύμμαχοι *Gr.* Paullo post οἱ d. Mosqu. qui et mox ἀπέστελον. [g] Εἰλώτων *Gr.* τε abest Mosqu. [h] Βελτίους *Cl. Cass.* Aug. [i] Τῶν omittunt *Ar. C. Cl.* Mosqu. Aug. *Reg. Cass. Dan.* [k] Τοῦ deest *Gr.* Mosqu. qui et Τανάρου.

19. Veris autem insequentis initio statim, Lacedæmonii sociique irruptionem in Atticam maturrime fecerunt. Illos vero ducebat Agis, Archidami *filius*, Lacedæmoniorum rex. Ac primum quidem agri planitiem circumjacentem vastarunt, deinde vero Deceleam munire cœperunt, id opus inter civitates partiti. Abest autem Decelea ab Athenis circiter centum ac viginti stadiis; tantundem etiam, nec multo plus, a Bœotia. Hæc autem munitio, Athenas usque conspicua, in planitie, et illius regionis opportunissimis ad maleficia exercenda locis exstruebatur. Atque Peloponnesii quidem, ac socii, qui in Attica erant, hanc munitionem exstruebant. Qui vero in Peloponneso erant, gravis armaturæ milites, onerariis navibus *vectos*, in Siciliam sub id tempus miserunt. Atque Lacedæmonii quidem præstantissimos quosque servorum ac libertorum in civitatem nuper adscriptorum, ex utrisque promiscue sexcentos gravis armaturæ milites, delegerunt; et Eccritum, ducem Spartanum, *illuc miserunt:* Bœoti vero, trecentos gravis armaturæ milites, quibus præerant Xenon et Nicon, Thebani, et Hegesander Thespiensis. Isti igitur inter primos a Tænaro Laconicæ profecti, in altum vela fe-

ἀφῆκαν. μετὰ δὲ τούτους Κορίνθιοι οὐ πολλῷ ὕστερον πεντακοσίους ὁπλίτας, τοὺς μὲν, ἐξ αὐτῆς Κορίνθου, τοὺς δὲ, προσμισθωσάμενοι, Ἀρκάδων, καὶ ἄρχοντα [l] Ἀλέξαρχον Κορίνθιον προστάξαντες, ἀπέπεμψαν. ἀπέστειλαν δὲ καὶ Σικυώνιοι διακοσίους ὁπλίτας ὁμοῦ τοῖς Κορινθίοις, ὧν ἦρχε Σαργεὺς Σικυώνιος. αἱ δὲ πέντε καὶ εἴκοσι νῆες τῶν Κορινθίων, αἱ τοῦ χειμῶνος πληρωθεῖσαι, ἀνθώρμουν ταῖς ἐν [m] τῇ Ναυπάκτῳ εἴκοσιν Ἀττικαῖς, ἕωσπερ [n] αὐτοῖς [o] οἱ ὁπλῖται ταῖς ὁλκάσιν ἀπὸ τῆς Πελοποννήσου ἀπῆραν· οὗπερ ἕνεκα [p] καὶ τοπρότερον ἐπληρώθησαν, ὅπως μὴ οἱ Ἀθηναῖοι πρὸς [q] τὰς ὁλκάδας μᾶλλον, ἢ [r] πρὸς τὰς τριήρεις, νοῦν ἔχωσιν.

Bell. Pelop. an. 19. Olymp. 91. 3/4. U. C. Varr. 341.

κ΄. Ἐν δὲ τούτῳ καὶ οἱ Ἀθηναῖοι, ἅμα Δεκελείας τῷ τειχισμῷ, καὶ τοῦ ἦρος εὐθὺς ἀρχομένου, περὶ Πελοπόννησον ναῦς τριάκοντα ἔστειλαν, καὶ Χαρικλέα τὸν Ἀπολλοδώρου ἄρχοντα· [s] ᾧ εἴρητο, καὶ ἐς Ἄργος ἀφικομένῳ, κατὰ τὸ ξυμμαχικὸν παρακαλεῖν Ἀργείων τε ὁπλίτας ἐπὶ τὰς ναῦς. καὶ τὸν Δημοσθένην ἐς τὴν Σικελίαν (ὥσπερ ἔμελλον,) ἀπέστελλον, ἑξήκοντα μὲν

[l] Ἀλέξανδρον *Ar. C.* [m] Τῷ *Dan.* Antea ἀνθωρμοῦνται Mosqu. sine ταῖς. id. εἴκοσι. [n] Οὕτω *Marg. Ar. C. Reg. Cass. Dan.* Aug. Mosqu. Αὐτοῖς inter versus *Cass.* [o] Οἱ deest *Gr.* [p] Καὶ πρότερον Mosqu. *Ar. C. Reg. Dan.* Καὶ τὸ πρότερον *Cass. Gr.* Aug. [q] Τὰς deest *Ar. C. Cl. Gr. Reg. Cass. Dan.* Aug. ὅμως δὲ p. ὅπως μὴ Mosqu. Eid. abs. verba inde a πρὸς τὰς ὁλκ. ad ἐν δὲ τούτῳ καὶ οἱ Ἀθην. (inclus.) et pergit c. ἅμα. [r] Πρὸς τὰς τριήρεις τὸν νοῦν ἔχωσιν *Ar. C. Cl. Gr. Ald. Flor. Bas. Reg. Cass. Dan.* Aug. [s] Εἴρηται Mosqu. Ὡς εἴρητο *Dan.*

cerunt. Post horum autem discessum, Corinthii non multo post miserunt quingentos gravis armaturæ milites, partim quidem ex ipsa Corintho, partim vero ex Arcadibus mercede conductos, et Alexarchum Corinthium, quem ipsis ducem præfecerunt. Sicyonii quoque cum Corinthiis ducentos gravis armaturæ milites miserunt, quibus præerat Sargeus Sicyonius. Illæ autem quinque et viginti Corinthiorum naves, quæ per hyemem instructæ fuerant, e regione viginti Atticarum navium, quæ ad Naupactum stabant, in statione manserunt, donec isti gravis armaturæ milites, qui navibus onerariis ex Peloponneso vehebantur, transissent: cujus etiam rei causa *triremes istæ* prius fuerant instructæ, ne Athenienses ad onerarias naves potius, quam ad triremes, animum adverterent.

20. Interea vero, dum Decelea muniretur, veris initio, statim, et ipsi Athenienses circa Peloponnesum triginta naves, duce Charicle, Apollodori filio, miserunt. Cui mandatum fuerat, ut et Argos profectus, ex jure societatis Argivos ad naves militibus armatis explendas hortaretur. Item Demosthenem (quemadmodum statuerant,) in Siciliam miserunt, cum sexaginta navibus

Bell. Pelop. an. 19. Olymp. 91. ¾. U. C. Varr. 341/2.

ναυσὶν Ἀθηναίων, καὶ πέντε [t] Χίαις, ὁπλίταις δὲ ἐκ καταλόγου Ἀθηναίων διακοσίοις καὶ χιλίοις, καὶ νησιωτῶν, ὅσοις ἑκασταχόθεν [u] οἷόν τ᾽ ἦν πλείστοις χρήσασθαι· καὶ ἐκ τῶν ἄλλων ξυμμάχων τῶν ὑπηκόων, εἴποθέν τι εἶχον ἐπιτήδειον ἐς τὸν πόλεμον, ξυμπορίσαντες. εἴρητο δ᾽ αὐτῷ, πρῶτον μετὰ τοῦ Χαρικλέους [x] ἅμα περιπλέοντα [y] ξυστρατεύεσθαι περὶ τὴν Λακωνικήν. καὶ ὁ μὲν Δημοσθένης ἐς τὴν Αἴγιναν [z] προσπλεύσας, τοῦ στρατεύματός τε εἴ τι ὑπελείπετο, περιέμενε, καὶ τὸν [a] Χαρικλέα τοὺς Ἀργείους παραλαβεῖν.

κα΄. Ἐν [b] δὲ τῇ Σικελίᾳ, [c] ὑπὸ τοὺς αὐτοὺς χρόνους [d] τοῦ ἦρος τούτου, καὶ ὁ Γύλιππος ἧκεν [e] ἐς τὰς Συρακούσας, ἄγων ἀπὸ τῶν πόλεων, ὧν ἔπεισε, στρατιὰν, ὅσην ἑκασταχόθεν πλείστην ἐδύνατο· καὶ [f] ξυγκαλέσας τοὺς Συρακουσίους, ἔφη, χρῆναι πληροῦν ναῦς ὡς [g] δύνανται πλείστας, καὶ ναυμαχίας ἀπόπειραν λαμβάνειν· ἐλπίζειν γὰρ ἀπ᾽ αὐτοῦ τι ἔργον ἄξιον τοῦ κινδύνου ἐς τὸν πόλεμον [h] κατεργάσεσθαι. [i] ξυνανέπειθε δὲ

[t] Χίων *Dan.* [u] Οἷόν τι ἦν *Ar. C.* Mosqu. [x] Ἅμα omittunt *Ar. C. Dan.* Paulo ante ξυμπορήσ. Bas. [y] Ξυνστρατεύεσθαι *Reg. Cass.* Aug. *Gr.* [z] Πλεύσας *Cl. Reg. Cass.* Aug. [a] Χαρικλέα καὶ τοὺς *Ar. C.* Mosqu. [b] Δὲ deest *Ald. Flor.* [c] Ὑπὸ non habet *Reg.* [d] Τούτου τοῦ ἦρος *Marg. Ar. C. Reg. Cass.* χρόνους τούτους τοῦ ἦρος Aug. τούτου abest Mosqu. [e] Εἰς *Reg.* [f] Συνκαλέσας *Gr.* [g] Δύναιντο *Marg.* [h] Κατεργάσασθαι *Cl. Gr. Ald. Flor. Bas. Huds. Reg. Cass.* Aug. In *Gr.* est κατεργάσεσθαι, corrector α super ε scripsit. [i] Ξυναναπείθει etc. *Ald. Bas.* Ξυναπείθει δὲ καὶ ὁ Ἑρμοκράτης οὐχ ἥκιστα τοῦ ταῖς ναυσὶν ἐπιχειρῆσαι μὴ ἀθυμεῖν πρὸς τοὺς Ἀθ. *Marg.* Συνανέπειθε δὲ καὶ ὁ Ἑρμοκράτης οὐχήκιστα ταῖς ναυσὶ μὴ ἀθυμεῖν ἐπιχειρήσειν πρὸς etc. *Ar. C.* Ξυνανέπειθε δὲ καὶ ὁ Ἑρμοκράτης οὐχήκιστα τοῦ ταῖς ναυσὶ μὴ ἀθυμεῖν etc. *Flor.* Συναναπείθει *Gr.* Ξυνέπειθε *Cl.* Sic et *Reg.* Ξυνέπειθεν *Cass.* Aug. ξυνεπείθη Mosqu.

Atheniensium, et quinque Chiorum, quæ mille et ducentos legionarios Atheniensium milites armatos ferebant, et ex insularum incolis quam potuerant undique plurimos contrahere: et ex aliis suæ ditionis sociis, sicunde aliquid ad rem militarem idoneum comparare potuerant. Ipsi autem præceptum fuerat, ut primum copiis cum Chariclis exercitu conjunctis, simul oram Laconicam circumvectus infestaret. Et Demosthenes quidem, in Æginam profectus, ibi suarum copiarum reliquias, si quæ erant, et Chariclem, donec Argivos assumsisset, opperiebatur.

21. In Sicilia vero, per eadem hujus veris tempora, et Gylippus Syracusas rediit, adducens ex civitatibus, quibus persuaserat, *ut auxilium Syracusanis mitterent*, exercitum quam potuerat undique maximum. Convocatis autem Syracusanis, dixit, quam plurimas possent naves armandas esse, pugnæque navalis periculum esse faciendum. Se enim sperare, si hoc tentarent, in hoc bello facinus aliquod isto periculo dignum edituros. Quinetiam Hermocrates potissimum, una *cum Gylippo Sy-*

καὶ ὁ Ἑρμοκράτης [k] οὐχ ἥκιστα [l] τοῦ ταῖς ναυσὶ μὴ Bell. Pelop.
ἀθυμεῖν [m] ἐπιχειρήσειν πρὸς τοὺς Ἀθηναίους, λέγων, an. 19.
[n] οὐδὲ [o] ἐκείνους πάτριον τὴν ἐμπειρίαν οὐδὲ ἀΐδιον τῆς Olymp. 91. $\frac{3}{4}$.
θαλάσσης ἔχειν, ἀλλ', ἠπειρώτας μᾶλλον τῶν Συρα- U. C.
κουσίων ὄντας, [p] καὶ ἀναγκασθέντας ὑπὸ Μήδων, ναυ- Varr. 341/2.
τικοὺς γενέσθαι· καὶ πρὸς ἄνδρας τολμηροὺς, οἵους καὶ Ἀθηναίους, τοὺς ἀντιτολμῶντας, χαλεπωτάτους [q] [ἂν] αὐτοῖς φαίνεσθαι. [r] ᾧ γὰρ ἐκεῖνοι τοὺς πέλας, οὐ δυνάμει ἔστιν ὅτε προὔχοντες, τῷ δὲ θράσει, ἐπιχειροῦντες, καταφοβοῦσι, καὶ σφᾶς ἂν [s] τὸ αὐτὸ ὁμοίως τοῖς ἐναντίοις ὑποσχεῖν. καὶ, Συρακουσίους, εὖ εἰδέναι, ἔφη, [t] τῷ τολμῆσαι ἀπροσδοκήτως πρὸς τὸ Ἀθηναίων ναυτικὸν ἀντιστῆναι, πλέον, διὰ [u] τὸ τοιοῦτον ἐκπλαγέντων αὐτῶν, περιεσομένους, ἢ Ἀθηναίους τῇ ἐπιστήμῃ [v] τὴν Συρακουσίων ἀπειρίαν βλάψοντας. ἰέναι [x] οὖν [y] ἐκέλευεν ἐς τὴν πεῖραν τοῦ ναυτικοῦ, καὶ μὴ ἀποκνεῖν. καὶ οἱ μὲν Συρακούσιοι, τοῦ τε Γυλίππου καὶ τοῦ Ἑρμοκράτους, καὶ εἴ του ἄλλου, πειθόντων, ὥρμηντό τε [z] ἐς τὴν ναυμαχίαν, καὶ τὰς ναῦς ἐπλήρουν.

[k] Οὐχήκιστα *Reg. Gr.* [l] Τοῦ deest *Dan.* [m] Ἐπιχειρῆσαι *Gr. Bas.* [n] Δὲ *Reg.* [o] Ἐκείνοις *Cass. Gr.* Sed marg. *Gr.* ἐκείνους. ἐκείνους Aug. a corr. p. ἐκείνοις. [p] Καὶ omittunt *Ar. C.* [q] Ἂν deest *Ar. C. Reg. Cass.* Aug. id αὐτοῖς a corr. a m. 1. fuit αὐτούς. ἂν d. et Mosqu. [r] Id est: ὥσπερ οἱ Ἀθηναῖοι οὐ τοσοῦτον διὰ τὴν τῆς κρείττονος δυνάμεως ὑπεροχὴν, ὅσον διὰ τὸ θράσος, ᾧ τοῖς πέλας ἐπιχειροῦσιν, αὐτοὺς καταφοβεῖν εἰώθασιν, οὕτω καὶ εἰκός ἐστιν αὐτοὺς τοὺς Ἀθηναίους τὸ αὐτὸ ὑπὸ τῶν ἐναντίων ἂν παθεῖν ὁμοίως, καὶ τῷ τῶν ἐναντίων θράσει ὁμοίως καταφοβηθήσεσθαι. *Æ. Port. Huds.* [s] Τῷ αὐτῷ *Reg.* [t] Τῷ omittunt *Ar. C. Dan.* [u] Τὸ d. Mosqu. [v] Τὴν τῶν Συρακουσίων *Cl.* [x] Δὲ *Cass.* [y] Ἐκέλευεν abest *Ar. C. Dan.* [z] Εἰς *Gr.*

*racusanos* hortabatur, ne res navales adversus Athenienses aggredi dubitarent: dicens, ne illos quidem hanc rerum nauticarum peritiam hæreditariam aut perpetuam habere, sed mediterraneos esse magis, quam Syracusanos, et a Medis coactos rebus nauticis operam dare cœpisse: illos autem, qui audax aliquod facinus auderent adversus homines audaces, quales essent et Athenienses, ipsis asperrimos visum iri *dicebat.* Qua enim ratione illi alios terrerent, interdum non propter majorem potentiam, sed propter audaciam, quam in illis invadendis præstarent; eadem etiam ratione ipsis quoque idem, quod adversariis, eventurum. Dicebat etiam, se illud probe scire, Syracusanos, si Atheniensium classi ex improviso obviam ire auderent, propter hujusmodi *repentinum audaciæ facinus*, illis consternatis, plus profecturos, quam Athenienses, propter scientiam, Syracusanorum imperitiæ obfuturos. Hortabatur igitur, ut rei nauticæ periculum facerent, nec *eam tentare* reformidarent. His autem et Gylippi, et Hermocratis, et si cujus alterius, adhortationibus inducti Syracusani, animum ad navale prœlium appulerunt, et naves instruere cœperunt.

Bell. Pelop. an. 19. Olymp. 91. ¾. U. C. Varr. 341½.

κβ΄. Ὁ δὲ Γύλιππος, ἐπειδὴ [a] παρεσκευάσατο τὸ ναυτικὸν, ἀγαγὼν [b] ὑπὸ νύκτα πᾶσαν τὴν στρατιὰν τὴν πεζὴν, αὐτὸς μὲν τοῖς ἐν τῷ Πλημμυρίῳ τείχεσι κατὰ γῆν ἔμελλε [c] προσβαλεῖν· αἱ δὲ τριήρεις τῶν Συρακουσίων ἅμα καὶ ἀπὸ ξυνθήματος, πέντε μὲν καὶ τριάκοντα ἐκ τοῦ μεγάλου λιμένος ἐπέπλεον, αἱ δὲ πέντε καὶ τεσσαράκοντα, ἐκ τοῦ ἐλάσσονος, οὗ ἦν καὶ τὸ [d] νεώριον αὐτοῖς. καὶ περιέπλεον, βουλόμενοι πρὸς τὰς ἐντὸς προσμίξαι, καὶ ἅμα ἐπιπλεῖν τῷ Πλημμυρίῳ, [e] ὅπως οἱ Ἀθηναῖοι [f] ἀμφοτέρωθεν [g] θορυβῶνται. οἱ δ' Ἀθηναῖοι, [h] διὰ τάχους ἀντιπληρώσαντες ἑξήκοντα ναῦς, ταῖς μὲν πέντε καὶ εἴκοσι πρὸς τὰς πέντε καὶ τριάκοντα τῶν Συρακουσίων, τὰς ἐν τῷ μεγάλῳ λιμένι, ἐναυμάχουν, ταῖς δ' [i] ἐπιλοίποις ἀπήντων ἐπὶ τὰς ἐκ τοῦ νεωρίου περιπλεούσας. καὶ εὐθὺς πρὸ τοῦ στόματος τοῦ μεγάλου λιμένος ἐναυμάχουν, καὶ ἀντεῖχον ἀλλήλοις ἐπιπολὺ, οἱ μὲν, βιάσασθαι βουλόμενοι τὸν [k] ἔσπλουν, οἱ δὲ, κωλύειν.

κγ΄. [l] Ἐν τούτῳ δὲ ὁ Γύλιππος, τῶν ἐν τῷ Πλημ-

[a] Παρεσκευάσατο *Gr.* [b] Id est, vel κατὰ νύκτα, vel ὑπὸ τὴν τῆς νυκτὸς παρουσίαν. *Æ. Port.* [c] Προβαλεῖν *Dan.* [d] Si quis scire desideret discrimen inter νεώρια et νεωσοίκους, consulat *Bayfium* de re Navali, p. 135. et *Schefferum* de Mil. Nav. p. 214. *Huds.* [e] Ὅπως μὴ οἱ Ἀθηναῖοι προφθάσαντες κωλύσωσιν *Cl.* Ὅπως οἱ Ἀθηναῖοι ἀμφοτ. etc. in marg. [f] Ἀμφοτέρωθεν deest *Reg.* [g] Θορυβοῦνται *Ar. C. Dan.* [h] Διατάχους *Ald. Flor. Bas. Steph.* 1. *Reg. Cass.* Aug. Mosqu. qui et οἱ δὲ Ἀθ. [i] Ἐπιλοίποις *Cass.* Aug. Mox ἀλλήλους Aug. antea ἐναυμάχησαν Mosqu. [k] Ἐπίπλουν *C.* Εὔπλουν *Reg.* [l] Ἐν τούτῳ δὲ Mosqu.

22. Gylippus vero, postquam classis instructa fuit, omnes pedestres copias sub noctem eduxit, et ipse quidem a terra munitiones in Plemmyrio *exstructas* aggressurus erat. Syracusanorum vero triremes uno eodemque tempore ex composito, adversus *hostem* ex magno portu quinque et triginta navigabant. Ex minore vero (ubi etiam erant ipsorum navalia) quinque et quadraginta. Circumvehebantur autem, eo consilio, ut se conjungerent cum illis *navibus*, quæ intus *et in ipso magno portu* erant, et simul Plemmyrium invaderent, ut Athenienses utrinque turbarentur. Sed Athenienses, cum sexaginta naves adversus *hostilem classem* celeriter instruxissent, quinque et viginti navale prœlium commiserunt cum illis quinque et triginta Syracusanorum *navibus*, quæ erant in magno portu; cum reliquis vero obviam iverunt illis, quæ ex navalibus circumvehebantur. Statim autem ante magni portus ostium confligere cœperunt, et diu alteri alteris restiterunt, quod hi quidem *in portum* per vim ingredi conarentur, illi vero impedire.

23. Interea vero, cum Athenienses, qui erant in Plemmyrio, ad

μυρίῳ Ἀθηναίων πρὸς τὴν θάλασσαν [l] ἐπικαταβάντων, [m] καὶ τῇ ναυμαχίᾳ τὴν γνώμην [n] προσεχόντων, φθάνει προσπεσὼν ἅμα τῇ ἕῳ [o] αἰφνιδίως τοῖς τείχεσι· καὶ αἱρεῖ τὸ μέγιστον πρῶτον, ἔπειτα δὲ καὶ τὰ ἐλάσσω δύο, οὐχ ὑπομεινάντων τῶν φυλάκων, ὡς εἶδον τὸ μέγιστον ῥᾳδίως ληφθέν. καὶ ἐκ μὲν τοῦ πρώτου [p] ἁλόντος, χαλεπῶς οἱ ἄνθρωποι, ὅσοι καὶ ἐς τὰ πλοῖα καὶ ὁλκάδα τινὰ κατέφυγον, [q] ἐξεκομίζοντο ἐς τὸ στρατόπεδον. τῶν γὰρ Συρακουσίων ταῖς [r] ἐν τῷ μεγάλῳ λιμένι ναυσὶ κρατούντων τῇ ναυμαχίᾳ, ὑπὸ τριήρους μιᾶς καὶ εὖ πλεούσης [s] ἐπεδιώκοντο· ἐπειδὴ δὲ τὰ δύο τειχίσματα ἡλίσκετο, ἐν τούτῳ καὶ οἱ Συρακούσιοι ἐτύγχανον ἤδη νικώμενοι, καὶ οἱ ἐξ αὐτῶν φεύγοντες ῥᾷον παρέπλευσαν. αἱ γὰρ τῶν Συρακουσίων αἱ πρὸ τοῦ στόματος νῆες ναυμαχοῦσαι, βιασάμεναι τὰς τῶν Ἀθηναίων ναῦς, οὐδενὶ κόσμῳ [t] ἐσέπλεον, καὶ ταραχθεῖσαι περὶ ἀλλήλας, παρέδοσαν τὴν νίκην τοῖς Ἀθηναίοις. ταύτας [u] τε γὰρ [v] ἔτρεψαν, καὶ ὑφ' ὧν [x] τοπρῶτον ἐνικῶντο ἐν τῷ λιμένι. καὶ ἕνδεκα μὲν ναῦς τῶν Συρακουσίων

Bell. Pelop. an. 19. Olymp. 91. $\frac{3}{4}$. U. C. Varr. 34$\frac{1}{2}$.

[l] Ἐπιβάντων *Reg.* [m] Καὶ ναυμαχίᾳ τῇ γνώμῃ προσεχόντων *Ar.* Καὶ τῇ ναυμαχίᾳ τῇ γνώμῃ προσεχόντων *C. Cl.* Καὶ τ. ν. τὴν γνώμην προσαγαγόντων *Gr. Huds.* In *Gr.* eadem scriptura est, quæ in *C.* et *Cl.* Et sic etiam *Dan.* [n] Προσαγόντων *Reg.* [o] Αἰφνιδίως deest *Dan.* αἰφνηδίως Mosqu. [p] Ἁλώματος *Reg.* [q] Ἐς τὸ στρατόπεδον ἐξεκομίζοντο Aug. *Reg. Cass.* ἐς τὸ στρ. ἐκομ. Mosqu. [r] Ἐν deest *Dan.* [s] Ἀπεδιώκοντο *Reg.* [t] Ἐπέπλεον Mosqu. [u] Τε deest *Gr.* [v] Ἔπεμψαν *Ar. C.* Ἐπ relicto spatio vacuo, quantum duæ syllabæ explerent, *Dan.* [x] Τὸ πρῶτον *Cass. Gr.* Aug.

mare descendissent, et animos ad pugnam navalem intentos haberent, Gylippus prima luce *illorum* munitiones repente invasit. Ac primum *quidem e tribus* maximam cepit, deinde vero et *reliquas* duas minores. Custodes enim *illarum*, cum maximam *munitionem* facile captam animadvertissent, sustinere non sunt ausi. Atque ex prima quidem *munitione*, quæ capta fuit, homines, quotquot et in navigia et in quandam onerariam navem confugerant, ægre in *sua* castra se receperunt. Cum enim Syracusani cum suis navibus, quas in magno portu habebant, navali prœlio superiores essent, una *illorum* velox triremis ipsos insequebatur. Dum autem hæ duæ munitiones caperentur, interea et Syracusani jam *prœlio navali* vincebantur, et qui ex his *munitionibus* fugiebant, facilius prætervecti sunt. Nam Syracusanorum naves, quæ ante *magni portus* ostium pugnabant, cum Atheniensium naves per vim loco pepulissent, nullo ordine in *portum* navigabant; et, quod propter confusionem inter se colliderentur, victoriam Atheniensibus præbuerunt. Nam *Athenienses* et has in fugam verterunt, et illas, a quibus initio in ipso portu superati fuerant. Atque undecim quidem Syracusano-

Bell. Pelop. an. 19. Olymp. 91. $\frac{3}{4}$. U. C. Varr. 341.

κατέδυσαν, καὶ τοὺς πολλοὺς τῶν ἀνθρώπων ἀπέκτειναν, πλὴν ὅσον ἐκ τριῶν νεῶν οὓς ἐζώγρησαν. τῶν δὲ σφετέρων τρεῖς νῆες διεφθάρησαν. τὰ δὲ ναυάγια ἀνελκύσαντες τῶν Συρακουσίων, καὶ τροπαῖον ἐν τῷ νησιδίῳ στήσαντες τῷ πρὸ τοῦ Πλημμυρίου, ἀνεχώρησαν ἐς τὸ ἑαυτῶν στρατόπεδον.

κδ'. Οἱ δὲ Συρακούσιοι κατὰ μὲν τὴν ναυμαχίαν οὕτως ἐπεπράγεσαν, τὰ δ' ἐν τῷ Πλημμυρίῳ τείχη [y] εἶχον, καὶ τροπαῖα ἔστησαν αὐτῶν τρία. καὶ τὸ μὲν ἕτερον τοῖν δυοῖν τειχοῖν τοῖν ὕστερον [z] λειφθέντοιν κατέβαλον, τὰ δὲ δύο ἐπισκευάσαντες ἐφρούρουν. ἄνθρωποι δ' ἐν τῶν τειχῶν τῇ ἁλώσει ἀπέθανον καὶ ἐζωγρήθησαν πολλοὶ, καὶ χρήματα, πολλὰ τὰ ξύμπαντα, ἑάλω. ὥστε γὰρ ταμιείῳ χρωμένων τῶν Ἀθηναίων τοῖς τείχεσι, πολλὰ μὲν ἐμπόρων χρήματα, καὶ σῖτος, ἐνῆν, πολλὰ δὲ [a] καὶ τῶν τριηράρχων· ἐπεὶ καὶ ἱστία [b] τεσσαράκοντα [c] τριηρῶν καὶ τἄλλα σκεύη [d] ἐγκατελείφθη, καὶ τριήρεις [e] ἀνελκυσμέναι τρεῖς. μέγιστον δὲ καὶ ἐν τοῖς πρῶτον ἐκάκωσε τὸ στράτευμα [[f] τὸ] τῶν Ἀθηναίων ἡ τοῦ Πλημμυρίου λῆψις· [g] οὐ γὰρ ἔτι οὐδ' οἱ ἔσπλοι ἀσφα-

[y] Εἶχον omittunt *Ar. C.* sed ab aliena manu reponitur in *Cod. Ar.* deest etiam *Dan.* εἶλον Mosqu. [z] Λειφθέντοιν *Ar. C. Cl. Gr.* atque ita omnino rescribendum. *Huds.* Ita etiam *Reg. Cass.* Aug. [a] Καὶ τῶν non agnoscunt *Ar. C. Dan.* Τῶν tantum abest a *Reg. Cass.* Aug. et Mosqu. [b] Τετταράκοντα *Ar. C. Reg. Cass.* Aug. Mosqu. [c] Τριήρων *Cass.* Aug. [d] Ἐγκατελήφθη *Reg. Cass.* Aug. Mosqu. [e] Ἀνειλκυσμέναι *Reg. Cass. Gr. Bas.* Aug. [f] Τὸ deest *Ar.* [g] Οὐδὲ γὰρ ἔτι *Marg.*

rum naves depresserunt, et majorem hominum partem interfecerunt, exceptis illis, qui erant in tribus navibus, quos vivos ceperunt. Ipsorum vero *Atheniensium* tres naves profligatæ fuerunt. Cum autem Syracusanorum naufragia subduxissent, et tropæum erexissent in parva insula ante Plemmyrium sita, in sua castra redierunt.

24. Atque Syracusani in prœlio quidem navali rem ita gesserunt: at munitiones in Plemmyrio sitas habebant *in sua potestate*, et tria ipsarum tropæa statuerunt. Et e duabus quidem munitionibus posterius captis alteram diruerunt, duas vero refecerunt, et imposito præsidio tuebantur. In hac autem istarum munitionum expugnatione multi perierunt, vivique *multi* capti fuerunt. Præterea et universa pecunia, quæ ingens erat, capta fuit. Quod enim Athenienses his munitionibus ut ærario uterentur, multa quidem negotiatorum pecunia, et frumentum inerat, multa etiam trierarcharum, siquidem et quadraginta triremium vela, et cætera *navium* instrumenta illic relicta fuerant, et tres triremes subductæ. Hæc autem Plemmyrii expugnatio Atheniensium copias maxime ac in primis afflixit. Nec enim commeatus *in castra* tuto amplius

Bell. Pelop. an. 19. Olymp. 91. $\frac{3}{4}$. U. C. Varr. 34$\frac{1}{2}$.

λεῖς ἦσαν τῆς ἐπαγωγῆς τῶν ἐπιτηδείων, (οἱ γὰρ Συρακούσιοι ναυσὶν αὐτόθι ἐφορμοῦντες ἐκώλυον·) καὶ διὰ μάχης ἤδη [h] ἐγίγνοντο αἱ ἐσκομιδαί· [i] ἔς τε τὰ ἄλλα κατάπληξιν παρέσχε καὶ ἀθυμίαν τῷ στρατεύματι.

κέ. Μετὰ δὲ τοῦτο ναῦς τε [k] ἐκπέμπουσι δώδεκα οἱ Συρακούσιοι, καὶ Ἀγάθαρχον ἐπ' αὐτῶν Συρακούσιον ἄρχοντα. καὶ αὐτῶν [l] μία μὲν ἐς Πελοπόννησον ᾤχετο, πρέσβεις ἄγουσα, οἵπερ τὰ σφέτερα φράσωσιν, ὅτι ἐν ἐλπίσιν εἰσὶ, καὶ τὸν ἐκεῖ πόλεμον [m] ἔτι μᾶλλον ἐποτρύνωσι γίγνεσθαι. αἱ δὲ ἕνδεκα νῆες πρὸς [n] τὴν Ἰταλίαν ἔπλευσαν, πυνθανόμεναι, πλοῖα τοῖς Ἀθηναίοις γέμοντα χρημάτων προσπλεῖν. καὶ τῶν τε πλοίων, ἐπιτυχοῦσαι, τὰ πολλὰ διέφθειραν, καὶ ξύλα ναυπηγήσιμα ἐν τῇ [o] Καυλωνιάτιδι κατέκαυσαν, ἃ τοῖς Ἀθηναίοις ἕτοιμα ἦν. ἔς τε Λοκροὺς [p] μετὰ ταῦτα ἦλθον. καὶ ὁρμουσῶν αὐτῶν, κατέπλευσε μία τῶν ὁλκάδων τῶν ἀπὸ [q] Πελοποννήσου, ἄγουσα Θεσπιέων ὁπλίτας. καὶ ἀναλαβόντες αὐτοὺς οἱ Συρακούσιοι ἐπὶ τὰς ναῦς, παρέπλεον ἐπ' οἴκου. φυλάξαντες δ' αὐτοὺς οἱ Ἀθηναῖοι εἴκοσι [r] ναυσὶ πρὸς τοῖς Μεγάροις, μίαν μὲν

[h] Ἐγίνετο *Gr.* ἐγίγνετο Mosqu. [i] Ἔς τε τἄλλα *Ar. C.* [k] Ἐκπέμπουσιν, et contra paullo post ἐλπίσι *Gr.* [l] Μὲν μία *Reg.* Aug. et mox φράσουσιν, a corr. ω mut. in ου. μὲν abest Mosqu. [m] Ἔτι omittit *Gr.* [n] Τὴν abest Mosqu. [o] Vide *Cluverii* Ital. Antiq. p. 1304. *Huds.* [p] Μεταταῦτα *Ar. Ald. Flor. Bas. Reg.* Aug. [q] Πελοποννήσου. Mosqu. [r] Ναυσὶν et mox λαμβάνουσι et ἀνδράσιν *Gr.* antea (φυλ.) αὐτοῖς pro αὐτοὺς Aug.

importari poterant (nam Syracusani, qui cum suis navibus illic stationem adversus *ipsos* habebant, *eos illuc importari* prohibebant), jamque importabantur *tantum* prœlio commisso. Atque cæteris etiam in rebus *hæc Plemmyrii expugnatio* terrorem, animique demissionem exercitui attulit.

25. Postea vero Syracusani naves duodecim cum Agatharcho Syracusano, ipsarum præfecto, miserunt. Atque harum una quidem in Peloponnesum ivit, legatos vehens, qui rerum suarum statum, et spem, quam *de propulsandis hostibus* concepissent, *Peloponnesiis* declararent; et *ipsos* ad bellum illic multo acrius, *quam ante*, administrandum incitarent. Cæteræ vero undecim naves Italiam versus navigarunt, quod audissent, naves pecunia onustas ad Athenienses cursum tenere. Has autem naves nactæ, plerasque corruperunt; et materiam ad ædificandas naves idoneam, quæ Atheniensibus erat præparata, in Cauloniatide concremarunt. Postea vero ad Locros iverunt. Et cum *illic* in statione essent, una oneraria navis ex Peloponneso, Thespiensium gravis armaturæ milites vehens, *illuc* appulit. Syracusani autem, his in suas naves receptis, domum redire cœperunt. Sed Athenienses, qui cum viginti navibus ad Megara stationem

Bell. Pelop. an. 19. Olymp. 91. $\frac{3}{4}$. U. C. Varr. 34$\frac{1}{2}$.

ναῦν λαμβάνουσιν αὐτοῖς ἀνδράσι, τὰς δ' ἄλλας οὐκ ἠδυνήθησαν, ἀλλ' ἀποφεύγουσιν ἐς τὰς Συρακούσας. ἐγένετο δὲ καὶ περὶ τῶν σταυρῶν ἀκροβολισμὸς ἐν τῷ λιμένι, οὓς οἱ Συρακούσιοι πρὸ τῶν παλαιῶν [q] νεωσοίκων κατέπηξαν ἐν τῇ θαλάσσῃ, ὅπως αὐτοῖς αἱ νῆες ἐντὸς ὁρμοῖεν, καὶ οἱ Ἀθηναῖοι ἐπιπλέοντες μὴ βλάπτοιεν [r] ἐμβαλόντες. προσαγαγόντες γὰρ ναῦν [s] μυριοφόρον αὐτοῖς οἱ Ἀθηναῖοι, πύργους τε ξυλίνους ἔχουσαν καὶ [t] παραφράγματα, ἔκ τε τῶν [u] ἀκατίων [x] ὤνευον ἀναδούμενοι τοὺς σταυροὺς, καὶ ἀνέκλων, καὶ κατακολυμβῶντες ἐξέπριον. οἱ δὲ Συρακούσιοι ἀπὸ τῶν νεωσοίκων [y] ἔβαλλον· οἱ δ' ἐκ τῆς ὁλκάδος ἀντέβαλλον· καὶ τέλος τοὺς πολλοὺς τῶν σταυρῶν [z] ἀνεῖλον οἱ Ἀθηναῖοι. χαλεπωτάτη δ' ἦν τῆς σταυρώσεως ἡ κρύφιος. ἦσαν γὰρ τῶν σταυρῶν, οὓς οὐχ ὑπερέχοντας τῆς θαλάσσης κατέπηξαν· ὥστε δεινὸν ἦν προσπλεῦσαι, μὴ οὐ προϊ-

[q] Νεώσοικοι, καταγώγια εἰσὶν ἐπὶ θαλάσσης οἰκοδομημένα πρὸς ὑποδοχὴν τῶν νεῶν. *Etymol. Magn.* Vide *Suidam* et *Hesychium*, atque etiam *Bayfium* de Re Navali p. 185. et *Schefferum* p. 214. *Huds.* [r] Ἐσβαλόντες *Ar. C. Dan.* Ἐμβάλλοντες *Gr. Cl.* Aug. Mosqu. *Reg. Cass.* [s] Hujus meminit *Strabo* l. 7. Vide *Casauboni* notas p. 67. et *Bayfium* de Re Navali p. 136. *Huds.* [t] Quæ *Thucydidi* παραφράγματα, et *Interpreti* παραπετάσματα, *Suidæ* dicuntur περιφράγματα. *Aliis* vero παραβλήματα aut προκαλύμματα, pelles vel alia, quæ in utroque navis latere adversus fluctuum impetum objici solent. Naves enim non solum in summo Catastromatis, sed a lateribus sepimentis quibusdam munitæ erant. Vide *Schefferum* de Re Navali, p. 132. et *Casauboni* notas ad *Polyæni* Stratagem. lib. 3. p. 298. *Huds.* [u] Ἀκάτων *Ar. C. Cl. Reg. Cass. Dan.* Aug. [x] Vide *Nic. Loënsis* Miscell. lib. 9. c. 6. et *Annott. ad Schol. Huds.* Ἔνευον *Dan.* [y] Ἔβαλον *Gr.* [z] Εἶλον *Reg. Cass.* Aug.

habebant, cum ipsos observassent, unam quidem *illorum* navem cum ipsis viris interceperunt, cæteras vero *capere* non potuerunt; sed Syracusas elapsæ sunt. Quinetiam in ipso portu leve certamen commissum est pro vallis, quos Syracusani ante vetera navalia in mari defixerant, ut ipsorum naves intra *hos* stationem haberent; utque Athenienses, si contra *Syracusanos* navigarent, *ipsis* nocere non possent, cum *in ipsos* impressionem facerent. Athenienses enim, cum ad hos *vallos* admovissent ingentem navem, quæ decem millia *sarcinarum* ferre poterat, et ligneas turres habebat, et pluteis munita erat, vallos ex naviculis religatos circumagebant, fractosque convellebant, et urinantes *educebant*, *quos* serra secabant. Syracusani vero ex navalibus illos missilibus petebant, illi vero vicissim ex oneraria navi tela *in ipsos* jaciebant. Ad extremum autem Athenienses magnam vallorum partem evulserunt. Sed omnium vallorum, illi, qui *sub aquis* latebant, maximum negotium facessebant. Nam *Syracusani* nonnullos vallos supra aquam non eminentes defixerant. Quare periculosum erat *illuc* accedere, ne quis, re non

δών τις, ὥσπερ [a] περὶ ἕρμα, [b] περιβάλῃ τὴν ναῦν. ἀλλὰ καὶ τούτους κολυμβηταὶ δυόμενοι ἐξέπριον μισθοῦ. ὅμως [c] δ' αὖθις οἱ Συρακούσιοι ἐσταύρωσαν. πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα πρὸς ἀλλήλους (οἷον εἰκὸς, τῶν στρατοπέδων ἐγγὺς ὄντων, καὶ ἀντιτεταγμένων,) ἐμηχανῶντο, καὶ ἀκροβολισμοῖς καὶ πείραις παντοίαις ἐχρῶντο. [d] ἔπεμψαν δὲ καὶ ἐς τὰς πόλεις πρέσβεις οἱ Συρακούσιοι Κορινθίων καὶ [e] Ἀμπρακιωτῶν καὶ Λακεδαιμονίων, [f] ἀγγελοῦντας τήν τε τοῦ Πλημμυρίου λῆψιν, καὶ τῆς ναυμαχίας πέρι, ὡς, οὐ τῇ τῶν πολεμίων ἰσχύϊ μᾶλλον, ἢ τῇ σφετέρᾳ ταραχῇ, ἡσσηθεῖεν· τά τε ἄλλα [g] αὖ δηλώσοντας, ὅτι ἐν [h] ἐλπίσιν εἰσὶ, καὶ [i] ἀξιώσοντας [k] ξυμβοηθεῖν ἐπ' [l] αὐτοὺς καὶ ναυσὶ καὶ πεζῷ, ὡς καὶ τῶν Ἀθηναίων προσδοκίμων ὄντων ἄλλῃ στρατιᾷ, καὶ, ἢν φθάσωσιν αὐτοὶ [m] πρότερον διαφθείραντες τὸ παρὸν στράτευμα αὐτῶν, διαπολεμησόμενον. καὶ οἱ μὲν ἐν τῇ Σικελίᾳ ταῦτα ἔπρασσον.

Bell. Pelop. an. 19. Olymp. 91. $\frac{3}{4}$. U. C. Varr. 341$\frac{1}{2}$.

κϛ'. Ὁ δὲ Δημοσθένης, ἐπεὶ ξυνελέγη αὐτῷ [n] τὸ στράτευμα, ὃ ἔδει ἔχοντα ἐς τὴν Σικελίαν βοηθεῖν,

[a] Περιέρμα *Marg. C. Ald. Flor. Bas. Gr.* Abest a *Reg.* et *Cass.* sed in hoc recens manus in marg. scripserat περιέρμα. Aug. om. sed a m. rec. suprascr. περὶ ἕρμα. [b] Περιβάλλει *Ar. C. Dan.* [c] Δὲ αὖθις *Gr.* [d] Id est: οἱ Συρακούσιοι ἐς τὰς πόλεις τῶν Κορ. καὶ Ἀμπρ. καὶ Λακ. πρέσβεις ἔπεμψαν. Vel, πρέσβεις ἐκ Κορινθίων καὶ Ἀμπρακιωτῶν αἱρεθέντας ἐς τὰς Σικελίας πόλεις ἔπεμψαν. *Æ. Port.* [e] Ἀμβρακιωτῶν *Reg. Gr.* Aug. [f] Ἀγγέλλοντας *Ar. C. Ald. Flor. Bas. Reg. Cass. Gr. Dan.* Aug. [g] Αὖ omittit *Gr.* Habet etiam τά τ' ἄλλα. [h] Ἐλπίσι *Gr.* et contra εἰσὶν *Cass.* εἰσὶν Aug. [i] Ἀξιώσονται *Reg. Cass.* Aug. sed a corr. αι mut. in ας. [k] Ξυνβοηθεῖν *Cass.* Aug. sed a corr. ν mut. in μ. [l] Αὐτῶν, et inter versus αὐτοὺς *Gr.* [m] Πρότεροι *Reg.* [n] Τὸ deest *Gr.*

prævisa, navem in *vallum* ut in scopulum impingeret. Sed hos quoque *vallos*, urinatores mercede *solicitati*, aquam subeuntes, serra secabant. Syracusani tamen *alios* vallos rursus defixerunt. Multas etiam alias *nocendi* rationes alteri adversus alteros excogitabant, (ut inter vicinos exercitus et castra opposita habentes fieri credibile est,) et levia prœlia committebant, et nihil intentatum relinquebant. Præterea Syracusani legatos ex Corinthiis, et Ambraciotis, et Lacedæmoniis *delectos*, in *diversas Siciliæ* civitates miserunt, ut et de Plemmyrio capto, et de navali pugna, in qua non tam hostium viribus, quam sua confusione, superati essent, nuntios afferrent. Simul etiam, ut cæterarum rerum statum declararent, et se spem habere *significarent*, utque rogarent, ut conjunctis viribus, classe pariter ac peditatu, opem *sibi* adversus ipsos *Athenienses* ferrent, quod et Athenienses cum aliis copiis exspectarentur; quod si ipsi præsentem illorum exercitum mature, prius *quam aliæ copiæ venirent*, profligarent, debellatum iri. Atque illi quidem, qui erant in Sicilia, hæc agebant.

26. Demosthenes vero, postquam exercitum collegit, cum quo in Siciliam ad opem suis ferendam erat

Bell. Pelop. an. 19. Olymp. 91. $\frac{3}{4}$. U. C. Varr. 34$\frac{1}{2}$.

ἄρας ἐκ τῆς Αἰγίνης, [o] καὶ πλεύσας πρὸς τὴν Πελοπόννησον, τῷ τε Χαρικλεῖ καὶ ταῖς τριάκοντα ναυσὶ τῶν Ἀθηναίων ξυμμίσγει. καὶ παραλαβόντες [p] τῶν Ἀργείων ὁπλίτας [τινὰς] ἐπὶ τὰς ναῦς, ἔπλεον ἐς τὴν Λακωνικήν. καὶ πρῶτον μὲν τῆς Ἐπιδαύρου τι τῆς [q] Λιμηρᾶς ἐδῄωσαν· ἔπειτα, σχόντες ἐς τὰ [r] καταντικρὺ Κυθήρων τῆς Λακωνικῆς, ἔνθα τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνός [s] ἐστι, τῆς τε γῆς ἔστιν ἃ ἐδῄωσαν, καὶ ἐτείχισαν ἰσθμῶδές τι χωρίον, ἵνα δὴ οἵ τε Εἵλωτες τῶν Λακεδαιμονίων αὐτόσε [t] αὐτομολῶσι, καὶ λῃσταὶ ἐξ [u] αὐτοῦ, ὥσπερ ἐκ τῆς Πύλου, ἁρπαγὴν ποιῶνται. καὶ ὁ μὲν Δημοσθένης εὐθὺς, ἐπειδὴ [x] ξυγκατέλαβε τὸ χωρίον, ἐπέπλει ἐπὶ τῆς Κερκύρας, ὅπως, καὶ τῶν [y] ἐκεῖθεν ξυμμάχων παραλαβὼν, [z] τὸν ἐς τὴν Σικελίαν πλοῦν [a] ὁτιτάχιστα [b] ποιῆται· ὁ δὲ Χαρικλῆς, περιμείνας, [c] ἕως τὸ χωρίον ἐξετείχισε, καὶ καταλιπὼν φυλακὴν αὐτοῦ, ἀπεκομίζετο καὶ αὐτὸς ὕστερον ταῖς τριάκοντα ναυσὶν ἐπ' οἴκου, καὶ οἱ Ἀργεῖοι ἅμα.

κζ΄. Ἀφίκοντο δὲ καὶ τῶν Θρᾳκῶν τῶν μαχαιροφόρων [d] τοῦ Διακοῦ γένους ἐς τὰς Ἀθήνας πελτασταὶ

[o] Καὶ πλεύσας ἐς τὴν Πελοπόννησον *Ar.* [p] Τῶν omittunt *Ar. C.* ut et mox τινάς. Τινὰς abest etiam a *Reg. Cass. Dan.* Aug. [q] Λιμήρας *Cass.* Λυμηρᾶς *Gr.* Λιμήρᾶς Aug. circumfl. a m. rec. [r] Κατ' ἀντικρὺ *Cass.* [s] Ἐστὶν *Gr.* [t] Αὐτομολοῦσι *Reg.* [u] Αὐτῶν *Ar. C. Dan.* [x] Id est: σὺν τοῖς ἑαυτοῦ στρατιώταις κατέλαβεν, καὶ ὑποχείριον ἐποιήσατο. Vel, quod verisimilius: τείχει ξυγκατέλαβε. *Æ. Port.* Ξυνκατέβαλε in *Codd. Mss.* Sic *Dan.* Ξυγκατέλαβε *Gr.* [y] Ἐκεῖ *Ar. C.* [z] Τὸν ἐν τῇ Σικελίᾳ *Ar. C. Dan.* ἐκ Mosqu. [a] Ὅτι τάχιστα *Cass. Reg.* Aug. [b] Ποιεῖται Aug. *Cass.* et a prima manu *Gr.* deinde emendatum erat ποιῆται. [c] Ὡς *Marg. Ar. C. Cl. Reg. Cass. Dan.* Aug. [d] Τῶν Διακοῦ *Ar. C. Ald. Flor. Bas.* Mosqu. Τῶν Δακικοῦ

trajecturus, ex Ægina solvens, in Peloponnesum navigavit, et cum Charicle et triginta Atheniensium navibus se conjunxit. Nonnullis etiam Argivorum militibus in naves assumtis, agrum Laconicum petierunt. Ac primum quidem Epidauri Limeræ agrum in quadam parte vastarunt, deinde *vero* appulsi ad agri Laconici oram, quæ est e regione Cytherorum, ubi est Apollinis templum, nonnulla illius agri loca vastarunt, et quendam locum Isthmo similem muniverunt, ut et Lacedæmoniorum servitia illuc transfugerent, et inde latrones, ut ex Pylo, prædatum irent. Atque Demosthenes quidem, postquam eum locum muro complexus munivit, in Corcyram trajecit, ut, assumtis illius regionis sociis, in Siciliam quam celerrime navigaret. Charicles vero *illic* permansit, donec *Demosthenes* illum locum munivisset; et præsidio, illic relicto, postea et ipse cum triginta navibus se domum recepit, et Argivi simul *abierunt*.

27. Hac eadem æstate, ex Thracibus etiam machærophoris, qui sunt ex Diaco genere, mille ac trecenti

ἐν τῷ αὐτῷ θέρει τούτῳ τριακόσιοι καὶ χίλιοι, οὓς ἔδει τῷ Δημοσθένει ἐς τὴν Σικελίαν [e] ξυμπλεῖν. οἱ δ' Ἀθηναῖοι, ὡς ὕστερον ἧκον, διενοοῦντο αὐτοὺς πάλιν ὅθεν ἦλθον, ἐς Θρᾴκην, ἀποπέμπειν. τὸ γὰρ ἔχειν πρὸς τὸν ἐκ [f] τῆς Δεκελείας πόλεμον αὐτοὺς, πολυτελὲς [g] ἐφαίνετο. δραχμὴν γὰρ τῆς ἡμέρας ἕκαστος ἐλάμβανεν. ἐπειδὴ γὰρ ἡ Δεκέλεια, τὸ μὲν πρῶτον ὑπὸ πάσης τῆς στρατιᾶς ἐν τῷ θέρει τούτῳ τειχισθεῖσα, ὕστερον δὲ φρουραῖς ὑπὸ τῶν πόλεων, κατὰ διαδοχὴν χρόνου [h] ἐπιουσῶν τῇ χώρᾳ, ἐπῳκεῖτο, πολλὰ ἔβλαπτε τοὺς Ἀθηναίους, καὶ ἐν τοῖς πρώτοις χρημάτων τ' ὀλέθρῳ καὶ ἀνθρώπων φθορᾷ ἐκάκωσε τὰ πράγματα. πρότερον μὲν γὰρ βραχεῖαι γιγνόμεναι αἱ [i] εἰσβολαὶ, τὸν ἄλλον χρόνον τῆς γῆς ἀπολαύειν οὐκ ἐκώλυον· τότε δὲ, ξυνεχῶς ἐπικαθημένων, καὶ [k] ὁτὲ μὲν καὶ πλεόνων ἐπιόντων, ὁτὲ δ' ἐξ ἀνάγκης τῆς [l] ἴσης φρουρᾶς καταθεούσης τε τὴν χώραν, καὶ λῃστείας ποιουμένης, βασι-

Bell. Pelop. an. 19. Olymp. 91. $\frac{8}{4}$. U. C. Varr. 34½.

*Schol.* et *Cam.* Sed vera et proba est vulgata lectio: nam Δῖοι Θρᾷκες fuerunt gens nota inter Thraciæ populos. *Thucydides* supra lib. 2. c. 96. post init. παρεκάλει δὲ καὶ τῶν ὀρεινῶν Θρᾳκῶν πολλοὺς τῶν αὐτονόμων καὶ μαχαιροφόρων, οἳ Δῖοι καλοῦνται. Τοῦ Δακικοῦ *Cl.* in marg. [e] Συμπλεῖν *Cass.* Aug. [f] Τῆς deest *Ar.* Antea πρὸς τὸν d. Mosqu. [g] Ἐφαίνετο ἐπειδὴ, omissis intermediis, quæ recens manus in marg. scripsit, *Reg.* Ἐφαίνετο δραχμὴν γὰρ ἐπειδὴ *Cass.* cetera deinde in marg. scripta sunt. δρ. γὰρ ἐπ. γὰρ Aug. reliqua om. sed in marg. reddita a m. rec. Tum Δικελία Mosqu. et mox θέρει τούτ. [h] Ἐπιούσαις *Marg. Ar. C. Cl. Reg. Cass. Dan.* Aug. Mosqu. [i] Ἐσβολαὶ *Ar. C. Reg. Cass.* Aug. [k] Ὅτε μὲν et mox ὅτε δὲ *Reg.* Sic etiam a prima manu fuerat in *Gr.* ἐπιόντων d. Mosqu. [l] Ἴσην φρουρὰν appellat *Thucyd.* τὴν ἔχουσαν ἴσον στρατιωτῶν ἀριθμὸν, τὴν ἐκ τοῦ αὐτοῦ πλήθους ἀεὶ συνεστῶσαν. *Æ. Port.* Φρουρὰς καὶ καταθ. *Cass.*

peltati Athenas venerunt, quos in Siciliam cum Demosthene navigare oportuerat. Athenienses vero, quod serius *et post Demosthenis discessum* venissent, ipsos in Thraciam, unde venerant, remittere statuerunt. Nam eos retinere illius belli causa, quod ex Decelea gerebatur, sumtuosum videbatur. Eorum enim singuli quotidie singulas drachmas accipiebant. Decelea enim, postquam primum quidem hac æstate ab universis *Lacedæmoniorum* copiis munita est, deinde vero insessa est præsidiis a civitatibus missis, quæ certo temporum spatio alia aliis per vices succedentia agrum *Atticum* invadebant *ac infestabant*, Athenienses magnis detrimentis affecit, et in primis res *illorum* afflixit et pecuniarum direptione et hominum interitu. Nam ante quidem irruptiones, quæ fiebant, quod non diuturnæ essent, non impediebant *Athenienses*, ne reliqua anni parte fructus ex agro suo perciperent: tunc vero, quod continenter obsiderent, et interdum quidem cum magnis copiis *eum* invaderent, * interdum vero cogente necessitate par præsidium regionem

* Interdum vero solitum præsidium, etiam necessitate cogente, regionem excursionibus prædabundum peragraret etc. *Acacius.* Huds.

Bell. Pelop. an. 19. Olymp. 91. 3/4. U. C. Varr. 34½.

λέως τε παρόντος τοῦ τῶν Λακεδαιμονίων, Ἄγιδος, ὃς οὐκ ἐκ παρέργου τὸν πόλεμον ἐποιεῖτο, μεγάλα οἱ Ἀθηναῖοι ἐβλάπτοντο· τῆς τε γὰρ [m] χώρας ἁπάσης ἐστέρηντο, καὶ ἀνδραπόδων πλέον ἢ δύο μυριάδες [n] ηὐτομολήκεσαν, καὶ τούτων πολὺ μέρος χειροτέχναι· πρόβατά τε πάντα ἀπολώλει καὶ [o] ὑποζύγια· ἵπποι τε, ὁσημέραι ἐξελαυνόντων τῶν ἱππέων, πρός τε τὴν Δεκέλειαν καταδρομὰς ποιουμένων, καὶ κατὰ τὴν [p] χώραν φυλασσόντων, οἱ μὲν ἀπεχωλοῦντο, ἐν γῇ ἀποκρότῳ τε, καὶ [q] ξυνεχῶς ταλαιπωροῦντες, οἱ δ' ἐτιτρώσκοντο.

κη'. Ἥ τε τῶν ἐπιτηδείων παρακομιδὴ ἐκ τῆς Εὐβοίας, πρότερον ἐκ τοῦ Ὠρωποῦ κατὰ γῆς διὰ τῆς [r] Δεκελείας [s] θᾶσσον οὖσα, [t] περὶ Σούνιον, κατὰ θάλασσαν πολυτελὴς [u] ἐγίγνετο· τῶν τε πάντων ὁμοίως ἐπακτῶν ἐδεῖτο ἡ πόλις, καὶ, ἀντὶ τοῦ πόλις εἶναι, φρούριον κατέστη. πρὸς γὰρ τῇ ἐπάλξει [x] τὴν μὲν ἡμέραν κατὰ διαδοχὴν οἱ Ἀθηναῖοι φυλάσσοντες, τὴν δὲ νύκτα, καὶ ξύμπαντες, πλὴν τῶν ἱππέων, οἱ μὲν [y] ἐφ' ὅπλοις ποι-

[m] Id est: πάντων τῶν τῆς χώρας ἁπάσης καρπῶν καὶ ὠφελειῶν. *Æ. Port.* [n] Ηὐτομόλησαν *Dan.* [o] Ὑποζύγια sunt πάντα τὰ κτήνη καὶ ζῶα τὰ ὑπὸ ζυγὸν ἀγόμενα. Hic vero *Thucydides* boves solum respicere videtur. *Æ. Port.* Mox Δεκελ. Mosqu. [p] Χώραν deest, adscriptum in marg. *Gr.* [q] Συνεχῶς *Reg.* Aug. [r] Δικελίας *Cass.* Mosqu. [s] Θάσσων *Reg. Cass.* Aug. [t] Τότε περὶ Σούνιον *Cl.* [u] Ἐγίνετο *Reg.* Mosqu. [x] Τήν τε ἡμ. *Gr.* [y] Per ὅπλα hic intelligit *stationem*, in qua certa militum manus pernoctabat. *Æ. Port.*

incursionibus infestaret, et prædas ageret, et Agis, Lacedæmoniorum rex, adesset, (qui non negligenter bellum administrabat) Athenienses magnis detrimentis afficiebantur. Nam et universo agro privati erant, et servitiorum amplius quam viginti millia ad hostes transierant, horumque magna pars manuarias artes exercebat: oves etiam omnes amissæ erant, et boves: et equi, quod ab equitibus, tum ad Deceleam excursiones facientibus, tum *omnem circumcirca* regionem tutantibus, quotidie agitarentur, partim quidem claudi fiebant, quod in aspero solo gravibusque laboribus assidue vexarentur, partim vero sauciabantur.

28. Et commeatus, qui ex Eubœa comportabantur, cum prius ex Oropo itinere terrestri per Deceleam citius comportarentur, circum Sunium, itinere maritimo magnis sumtibus *in urbem* importabantur. Et *cæteris etiam* omnibus rebus advectitiis æque *ac ipsis commeatibus* civitas indigebat, * et quæ prius urbs erat, tunc in castellum commutata erat. Athenienses enim, quod interdiu quidem excubias ad murorum pinnas per vices agerent, noctu vero et universi, præter equites, † partim quidem in statione, ubi arma in promtu habebant, partim vero supra muros,

* *Ad verbum*, Et pro eo, ut civitas esset, castellum facta erat. *Steph.*
† Qui partim quidem sub armis, partim vero supra muros etc. *Alii. Huds.*

ούμενοι, οἱ δ' ἐπὶ τοῦ τείχους, καὶ θέρους καὶ χειμῶνος ἐταλαιπωροῦντο. μάλιστα δ' αὐτοὺς ἐπίεζεν, ὅτι δύο πολέμους [z] ἅμα εἶχον. καὶ ἐς φιλονεικίαν καθέστασαν τοιαύτην, ἣν, πρὶν γενέσθαι, ἠπίστησεν ἄν τις ἀκούσας. τὸ γάρ, αὐτούς, πολιορκουμένους [a] ἐπιτειχισμῷ ὑπὸ Πελοποννησίων, μηδ' ὣς ἀποστῆναι [b] ἐκ Σικελίας, [c] ἀλλὰ ἐκεῖ Συρακούσας τῷ αὐτῷ τρόπῳ ἀντιπολιορκεῖν, πόλιν [d] οὐδὲν ἐλάσσονα αὐτήν τε καθ' αὐτὴν τῶν [e] Ἀθηνῶν, καὶ [f] τὸν παράλογον τοσοῦτον ποιῆσαι τοῖς Ἕλλησι τῆς δυνάμεως καὶ τόλμης, ὅσον [g] κατ' ἀρχὰς τοῦ πολέμου, οἱ μὲν ἐνιαυτόν, οἱ δὲ δύο, οἱ δὲ τριῶν γε ἐτῶν, οὐδεὶς πλείω χρόνον, ἐνόμιζον περιοίσειν αὐτούς, εἰ οἱ Πελοποννήσιοι ἐσβάλοιεν [h] ἐς τὴν χώραν· ὥστε ἔτει ἑπτακαιδεκάτῳ μετὰ τὴν πρώτην ἐσβολὴν ἦλθον ἐς Σικελίαν, ἤδη τῷ πολέμῳ κατὰ πάντα τετρυχωμένοι, καὶ πόλεμον οὐδὲν ἐλάσσω προσανείλοντο τοῦ πρότερον ὑπάρχοντος ἐκ Πελοποννήσου. [i] δι' ἃ καὶ τότε, [k] ὑπό τε τῆς Δεκελείας πολλὰ βλαπτούσης, καὶ τῶν ἄλλων ἀναλωμάτων μεγάλων προσπιπτόντων, ἀδύνατοι ἐγένοντο τοῖς χρήμασι· καὶ τὴν εἰκοστὴν ὑπὸ τοῦτον τὸν

Bell. Pelop. an. 19. Olymp. 91. $\frac{3}{4}$. U.C. Varr. 34$\frac{1}{2}$.

[z] Εἶχον ἅμα *Reg.* [a] Ἐπὶ τειχισμῷ *Reg.* [b] Ἐκ τῆς Σικ. *Gr.* [c] Ἀλλ' ἐκεῖ *Reg. Cass.* Aug. [d] Οὐδένα *Cass. Gr.* [e] Ἀθηναίων *Ar. C. Cl. Gr. Ald. Flor. Bas. Steph.* 1. *Reg. Cass. Dan.* Aug. [f] Vide *Stephani* Append. ad Scripta al. de Dial. Att. p. 157. *Huds.* [g] Καταρχὰς *Reg. Cass.* Aug. *Bas.* mox *οἱ δὲ δύο* in marg. Mosqu. et γε post τριῶν d. [h] Εἰς *Reg. Cass.* et paullo post rursus εἰς Σικελίαν, ubi et Aug. εἰς, et deinde Πρὸς ἀνείλοντο *Cass.* [i] Id est: δι' οὓς πολέμους· nam ad σημαινόμενον refertur. *Æ. Port.* [k] Ὑπὸ τῆς *Ar. C. Reg. Cass. Gr.* Aug. δεκελίας Mosqu.

æstate pariter et hyeme *excubias* agerent, ærumnis conficiebantur. Sed *illud* potissimum ipsos premebat, quod duo bella simul sustinerent. Atque eo pervicaciæ progressi sunt, quam nullus credidisset, si prius *eam* audisset, quam ad eam illi devenissent. Nam, ipsos a Peloponnesiis munitione circumsessos, tamen ne sic quidem ex Sicilia decedere *voluisse*, sed illic eodem modo vicissim obsidere Syracusas, urbem, ipsam per se Athenis non inferiorem; adeoque Græcorum opinionem fefellisse, quam hujus belli initio de ipsorum potentia et audacia conceperant, (nam alii quidem, annum, alii vero, biennium, alii etiam, triennium; nullus vero, diutius eos bellum toleraturos, putabat, si Peloponnesii irruptionem in *ipsorum* agrum fecissent;) ut, anno decimo septimo post primam irruptionem, in Siciliam proficiscerentur, hoc bello jam prorsus attriti, et alterum bellum præterea susciperent, non levius priore, quod a Peloponnesiis illatum *jam sustinebant.* Propter quæ, et multa detrimenta, quæ a Decelea tunc accipiebant, simul etiam propter alios magnos sumtus, quos pro variis occasionibus, quæ occurrebant, facere cogebantur, ad maximam pecuniæ inopiam redacti

davera alia super alia in flumine jam jacerent, et exercitus profligatus esset, partim quidem apud amnem, partim vero, si quis etiam effugerat, ab equitibus, Nicias se Gylippo dedidit, quod ipsi majorem, quam Syracusanis, fidem haberet. Et cum illi, tum etiam *cæteris* Lacedæmoniis permisit, ut arbitratu suo de se statuerent: sed *hostes oravit*, ut cæteros milites *Athenienses* occidere cessarent. Postea vero Gylippus imperavit, ut *Athenienses* jam vivi caperentur: et cæteros, quotquot *a Syracusanis* nondum occultati fuissent, (horum autem numerus erat magnus,) vivos *in urbem* deduxerunt; quinetiam trecentos illos, qui noctu per media *Syracusanorum* præsidia transierant, missis, qui eos persequerentur, comprehenderunt. Verum hujus exercitus ea quidem pars, quæ in unum publice contracta fuit, haud magna fuit: ea vero, quæ *a privatis hominibus* surrepta *ac suppressa* fuit, magna fuit, Hisque tota Sicilia fuit repleta, quippe quod *isti* non ex pactione (quemadmodum illi, qui cum Demosthene erant) capti fuissent. Quædam etiam *horum* non exigua pars interiit. Hæc enim strages *a Syracusanis eorumque sociis tunc edita* maxima fuit; nec ulla minor earum *omnium*, quæ in hoc Siculo bello factæ fuerunt. Et in cæteris

Bell. Pelop. an. 19. Olymp. 91. 4. U. C. Varr. 341.

ρείαν συχναῖς γενομέναις, οὐκ ὀλίγοι ἐτεθνήκεσαν. [u] πολλοὶ δὲ ὅμως καὶ διέφυγον, οἱ μὲν, καὶ [v] παραυτίκα, οἱ δὲ, καὶ δουλεύσαντες, καὶ διαδιδράσκοντες ὕστερον. [x] τούτοις δ' ἦν ἀναχώρησις ἐς Κατάνην.

πϛʹ. Συναθροισθέντες δὲ οἱ Συρακούσιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι, [y] τῶν τε αἰχμαλώτων, ὅσους ἐδύναντο πλείστους, καὶ τὰ σκῦλα, [z] ἀναλαβόντες, ἀνεχώρησαν ἐς τὴν πόλιν. καὶ τοὺς μὲν ἄλλους [a] Ἀθηναίων καὶ τῶν ξυμμάχων, ὁπόσους ἔλαβον, κατεβίβασαν ἐς τὰς [b] Λιθοτομίας, ἀσφαλεστάτην εἶναι νομίσαντες [c] τὴν τήρησιν· Νικίαν δὲ καὶ Δημοσθένην, ἄκοντος Γυλίππου, [d] ἀπέσφαξαν. ὁ γὰρ Γύλιππος καλὸν τὸ ἀγώνισμα [e] ἐνόμιζέν οἱ εἶναι, ἐπὶ τοῖς ἄλλοις καὶ τοὺς ἀντιστρατήγους κομίσαι Λακεδαιμονίοις. ξυνέβαινε δὲ, τὸν μὲν πολεμιώτατον αὐτοῖς εἶναι, [f] Δημοσθένην, διὰ τὰ ἐν τῇ νήσῳ καὶ Πύλῳ, [g] τὸν δὲ, διὰ τὰ αὐτὰ, [h] ἐπιτηδειότατον. τοὺς γὰρ ἐκ τῆς νήσου ἄνδρας τῶν Λακεδαιμονίων, ὁ Νικίας προὐθυμήθη, σπονδὰς πείσας τοὺς

[u] Πολλοὶ δ' ὅμως καὶ διέφ. *Ar.* Πολλοὶ δ' ὅμως διέφ. *C.* [v] Παρ' αὐτίκα *Cass.* Aug. παραχρῆμα Mosqu. [x] Id est: οὗτοι δὲ ἐς Κατάνην ἀνεχώρουν. *Æ. Port.* [y] Τῶν τε ἐκ αἰχμ. *Gr.* Sed ἐκ punctis subscriptis notatum est. [z] Σκῦλα λαβόντες *Cl. Reg. Cass.* Aug. [a] Τῶν Ἀθ. Mosqu. et mox κατεβίβησαν. [b] Insignis hic in Epipolis carcer Λατομίαι dicitur a *Plutarcho* et *Diodoro.* Vide *Cluverii* Siciliam Antiq. pag. 149. 150. et *Fazellum* Dec. 1. lib. 1. rerum Sicularum. *Huds.* [c] Τὴν omittunt *Cl. Gr. Reg. Cass.* Aug. [d] Κατέλευσαν *Thucydidem* scripsisse, suspicaretur quispiam ex *Plutarchi* Nicia, prope finem, ubi hæc occurrunt: Δημοσθένην δὲ καὶ Νικίαν ἀποθανεῖν Τίμαιος οὔ φησιν ὑπὸ τῶν Συρακουσίων καταλευσθέντας, ὡς Φίλιστος ἔγραψε καὶ Θουκυδίδης, ἀλλ' αὐτοὺς δι' ἑαυτῶν ἀποθανεῖν. *Huds.* [e] Ἐνόμιζέ οἱ *Gr.* [f] Τὸν Δημ. Mosqu. id. νίσῳ per ι, et τῇ Πύλῳ pro καὶ Π. [g] Τὸν δὲ Νικίαν διὰ τὰ etc. *Marg. Cam.* [h] Εἶναι ἐπιτηδ. *Gr.*

incursionibus, quæ, dum iter fieret, frequentes fuerunt, non pauci obierunt. Multi tamen etiam evaserunt, partim quidem, vel statim, partim vero, vel post toleratam *aliquamdiu* servitutem, et postea fuga elapsi. His vero in Catanam erat receptus.

86. Syracusani autem et socii congregati, ac assumtis quam plurimis potuerunt captivis et spoliis, in urbem redierunt. Et cæteros quidem Atheniensium ac sociorum, quoscunque ceperant, in lapicidinas demiserunt, eam custodiam tutissimam esse ducentes: Niciam vero ac Demosthenem, invito Gylippo, necaverunt. Gylippus enim præclarum certamen *atque victoriæ præmium* sibi fore putabat, si præter cætera ipsos etiam hostium duces ad Lacedæmonios *ex eo bello* portaret. Accidit autem, ut alter quidem, Demosthenes *videlicet*, esset ipsorum hostis acerrimus, propter res in insula *Sphacteria* et ad Pylum *gestas:* Nicias vero, ob has ipsas *res*, amicissimus *atque gratissimus ipsis esset.* Nicias enim, inductis Atheniensibus ad fœdera cum Lacedæmoniis fa-

Ἀθηναίους ποιήσασθαι, ὥστε ἀφεθῆναι· ἀνθ' ὧν οἵ τε Λακεδαιμόνιοι ἦσαν αὐτῷ προσφιλεῖς, κἀκεῖνος [g] οὐχ ἥκιστα πιστεύσας ἑαυτὸν τῷ Γυλίππῳ παρέδωκεν. ἀλλὰ τῶν Συρακουσίων τινὲς, (ὡς ἐλέγετο,) οἱ μὲν, δείσαντες, ὅτι πρὸς αὐτὸν [h] ἐκεκοινολόγηντο, μὴ, βασανιζόμενος διὰ τὸ [i] τοιοῦτον, ταραχὴν σφίσιν ἐν εὐπραγίᾳ ποιήσῃ, [k] ἄλλοι δὲ, (καὶ οὐχ ἥκιστα οἱ Κορίνθιοι,) μὴ, χρήμασι πείσας τινὰς, ([l] ὅτι πλούσιος ἦν,) ἀποδρᾷ, καὶ αὖθις [m] σφίσι νεώτερόν τι ἀπ' αὐτοῦ γένηται, πείσαντές τε τοὺς ξυμμάχους ἀπέκτειναν αὐτόν. καὶ ὁ μὲν τοιαύτῃ, ἢ [n] ὅτιεγγυτάτω τούτων, αἰτίᾳ ἐτεθνήκει, ἥκιστα δὴ ἄξιος ὢν [o] τῶν γε ἐπ' ἐμοῦ Ἑλλήνων ἐς τοῦτο δυστυχίας ἀφικέσθαι, διὰ τὴν νενομισμένην [p] ἐς τὸ θεῖον ἐπιτήδευσιν.

Bell. Pelop. an. 19. Olymp. 91. 4. U. C. Varr. 341.

πζ΄. Τοὺς δ' ἐν ταῖς Λιθοτομίαις οἱ Συρακούσιοι χαλεπῶς τοὺς πρώτους χρόνους [q] μετεχείρισαν. ἐν γὰρ κοίλῳ χωρίῳ ὄντας πολλοὺς [r] οἵ τε ἥλιοι τοπρῶτον καὶ τὸ πνῖγος ἔτι ἐλύπει, διὰ τὸ ἀστέγαστον, καὶ αἱ νύ-

Post Octob. 18.

[g] Οὐχήκιστα *Ar. C. Ald. Flor. Bas.* ut et mox infra. Utroque loco etiam *Reg.* [h] Ἐκεκοινολόγηντο *Ar. C.* [i] Τοιοῦτο *Reg. Cass.* Aug. Mosqu. hic et mox ἐνευπραγ. uno voc. [k] Ἄλλοι δ' οὐχ ἥκιστα *Gr.* [l] Scil. ex argenti fodinis. Nam in his Niciam mille operarios habuisse, scribit *Xenophon* in libello περὶ προσόδων. *Huds.* [m] Σφίσιν *Gr.* Mosqu. [n] Ὅτι ἐγγυτάτω *C. Ald. Flor. Bas.* Ὅτι ἐγγύτατα *Cl. Gr. Reg. Cass.* Aug. Mosqu. qui et οἱ μὲν p. ὁ μ. [o] Τῶν γ' ἐπ' ἐμοῦ *Gr.* [p] Ἐς τὸ θεῖον omittunt *Ar. C.* Verum ἡ ἐς τὸ θεῖον ἐπιτήδευσις videtur id ipsum esse, quod antea θειασμὸν dixit. Διὰ τὴν πᾶσαν ἐς ἀρετὴν νενομισμένην ἐπιτήδευσιν *Gr.* et in marg. *Cl. Huds.* Sic etiam *Cass.* et in marg. γρ. διὰ τὴν νενομισμένην ἐπιτήδευσιν. Cum *Codd. Ar. C.* consentiunt *Reg.* Aug. Mosqu. [q] Μετεχείρησαν *Cass. Gr.* [r] Οἵτε ἥλιοι πρῶτον καὶ πνῖγος *Ar. C.* Πρῶτον etiam *Cass. Gr.* et τὸ omittit *Dan.*

cienda, magno studio contendit, ut Lacedæmoniorum cives * in insula capti dimitterentur. Quamobrem et Lacedæmonii in ejus amorem erant propensi, et ipse maximam Gylippo fidem habens se *ipsi* dedidit. Sed Syracusanorum quidam (ut ferebatur) partim quidem, veriti, ne ille, quod colloquia cum illo habuissent, propterea habita quæstione felicem rerum suarum statum perturbaret; partim vero (et præcipue Corinthii) ne, aliquibus pecunia adductis, (quia dives erat,) aufugeret, atque rursus aliquid rerum novarum in ipsos moliretur, sociis *ad hoc faciendum* inductis, eum interfecerunt. Atque Nicias quidem ob hanc aut *aliam* huic quam proximam causam morte mulctatus fuit, vir profecto omnium, mea saltem ætate, Græcorum minime dignus, qui eo infelicitatis deveniret, propter pietatis studium, quo Deos colere consueverat.

87. Captivos autem, qui erant in lapicidinis, Syracusani duriter initio tractarunt. Eos enim, quod multi in loco depresso essent, primum soles et præterea graves æstus vehementer infestabant, quia nullo tecto tege-

* Ex insula dimitterentur. Huds.

Bell. Pelop. an. 19. Olymp. 91. 4. U. C. Varr. 341.

κτες ἐπιγιγνόμεναι τοὐναντίον μετοπωριναὶ καὶ ψυχραὶ, τῇ μεταβολῇ ἐς ἀσθένειαν [s] ἐνεωτέριζον· πάντα τε ποιούντων αὐτῶν, διὰ στενοχωρίαν, ἐν τῷ αὐτῷ, καὶ προσέτι τῶν νεκρῶν ὁμοῦ ἐπ' ἀλλήλοις [t] ξυννενημένων, οἳ ἔκ τε τῶν τραυμάτων, καὶ διὰ τὴν μεταβολὴν, καὶ τὸ [u] τοιοῦτον, ἀπέθνησκον. καὶ ὀσμαὶ ἦσαν οὐκ ἀνεκτοὶ, καὶ λιμῷ ἅμα καὶ [x] δίψει ἐπιέζοντο. ἐδίδοσαν γὰρ αὐτῶν ἑκάστῳ ἐπὶ [y] ὀκτὼ μῆνας [z] κοτύλην ὕδατος καὶ δύο κοτύλας σίτου· [a] ἄλλα τε, ὅσα εἰκὸς ἐν [b] [τῷ] τοιούτῳ χωρίῳ ἐμπεπτωκότας κακοπαθῆσαι, οὐδὲν, ὅ,
Ad Nov. 17. τι οὐκ ἐπεγένετο αὐτοῖς. καὶ ἡμέρας μὲν ἑβδομήκοντά τινας οὕτω [c] διητήθησαν ἀθρόοι· ἔπειτα, πλὴν Ἀθηναίων, [d] καὶ εἴ τινες Σικελιωτῶν [e] ἢ Ἰταλιωτῶν ξυνεστράτευσαν, τοὺς ἄλλους ἀπέδοντο. ἐλήφθησαν δὲ οἱ ξύμπαντες, ἀκριβείᾳ μὲν χαλεπὸν ἐξειπεῖν, ὅμως [f] δὲ οὐκ ἐλάσσους ἑπτακισχιλίων. ξυνέβη τε, ἔργον τοῦτο Ἑλληνικὸν τῶν κατὰ [g] τὸν πόλεμον τόνδε μέγιστον γενέσθαι, [h] δοκεῖν δ' ἔμοιγε, καὶ ὧν ἀκοῇ Ἑλληνικῶν

[s] Ἐνωτέρ. Mosqu. [t] Ξυνενηγμένων *Ar.* et *Cl.* in marg. Ξυνενηνεγμένων *C.* Mosqu. Ξυνενημένων *Reg. Cass.* Aug. Bas. [u] Τοιοῦτο *Reg. Cass.* Aug. mox ἀνεκταὶ Mosqu. [x] Δίψῃ *Reg.* [y] Ὀκτὼ ἡμέρας *Cl.* in marg. μῆνας. [z] Κοτύλη, τὸ τρίτον τῆς χοίνικος. *Jul. Pollux* l. 4. c. 23. Vide *Casauboni* notas in *Athenæum*, p. 798. et *Bernardum* de Mensuris et Ponder. p. 14, 141. et p. 27, 28, etc. Athenienses per singulos dies κοτύλας δύο κριθῶν καὶ μίαν ὕδατος accepisse refert *Plutarchus* in Nicia. *Huds.* [a] Ἄλλά τε *Cass. Gr.* Aug. [b] Τῷ deest *Ar. C. Cl. Gr. Reg. Cass.* Aug. [c] Διετέλησαν Mosqu. [d] Καὶ οἵτινες *Cl. Reg.* Mosqu. [e] Ἢ Ἰταλιωτῶν omittunt *Ar. C. Dan.* [f] Δ' οὐκ ἐλάσσους *Gr.* Mosqu. [g] Τὸν d. Mosqu. [h] Δοκεῖν δέ μοιγε *Cass.* Aug. Mosqu. Δοκεῖν δ' ἐμοί γε *Gr.*

bantur, et noctes contra autumnales ac frigidæ supervenientes, propter mutationem novos ipsis morbos afferebant; præcipue vero, quod, propter loci angustias, omnia in eodem *loco* facerent; et præterea cadavera simul alia super alia jacerent coacervata, *eorum*, qui propter vulnera, et propter mutationem ac hujusmodi *causas* moriebantur. Erant etiam *illic* odores intolerabiles, præterea fame simul et siti premebantur. Nam per octo menses *Syracusani* singulis eorum unam aquæ cotylam, et duas frumenti cotylas dederunt. Denique quæcunque alia mala credibile est homines in hujusmodi locum detrusos perpeti, nullum horum fuit, quin ipsis acciderit. Atque septuaginta quidem dies vitam sic *omnes* egerunt *in angusto loco* stipati. Deinde vero præter Athenienses, et si qui Sicilienses aut Itali cum illis militaverant, cæteros *omnes* divendiderunt. Quot autem in universum capti fuerint, arduum quidem accurate declarare: veruntamen non pauciores fuerunt septem millibus. Hæc autem clades Græcis illata, earum *omnium*, quæ in hoc bello contigerunt, maxima fuit: atque adeo (ut mihi saltem videtur) vel *omnium*

ἴσμεν, καὶ τοῖς τε κρατήσασι λαμπρότατον, καὶ τοῖς διαφθαρεῖσι δυστυχέστατον. κατὰ πάντα γὰρ [i] πάντως νικηθέντες, καὶ οὐδὲν ὀλίγον ἐς οὐδὲν κακοπαθήσαντες, πανωλεθρίᾳ δὴ, [k] τὸ λεγόμενον, καὶ πεζὸς καὶ νῆες, [l] καὶ οὐδὲν, ὅ, τι οὐκ, ἀπώλετο· καὶ ὀλίγοι ἀπὸ πολλῶν ἐπ' οἴκου [m] ἀπενόστησαν. ταῦτα μὲν τὰ περὶ [n] τὴν Σικελίαν γενόμενα.

Bell. Pelop. an. 19. Olymp. 91. 4. U. C. Varr. 341.

[i] Πάντες νικ. *Cl.* [k] Id est: κατὰ τὸ λεγόμενον, ὡς λέγεσθαι φιλεῖ. *Æ. Port.* [l] Καὶ οὐδὲν ὡς ὅτι οὐκ ἀπώλετο *Cass.* in marg. [m] Ἐπενόστησαν *Reg.* ἀπενοήσαντο Mosqu. eid. abest μὲν post ταῦτα. [n] Τὴν deest *Ar. C. Reg. Cass.* Aug.

*aliarum*, quas Græcis illatas fuisse fama accepimus, eademque victoribus splendidissima victisque calamitosissima. Nam omnibus in rebus prorsus victi, nec ulla in re leviter afflicti, sed funditus (ut dici solet) eversi fuerunt, et peditatus et classis: denique nihil fuit, quin periierit. Et pauci e multis domum redierunt. Atque hæ quidem sunt res in Sicilia gestæ.

# [a] ΘΟΥΚΥΔΙΔΟΥ

## ΟΛΟΡΟΥ

### ΞΥΓΓΡΑΦΗΣ ΤΟ ΟΓΔΟΟΝ.

---

## EPITOME LIBRI VIII.

*Nuntio cladis Siciliensis Athenas perlato, Athenienses in magno luctu metuque, utcunque tamen fortunæ hostibusque resistere parant.* Cap. I. *Contra apud hostes ingens gaudium est, omnesque in exitium eorum conspirant: socii, etiam si qui prius firmi steterant, labare incipiunt.* II. V. *Principio igitur in Ioniam classem mittentibus Peloponnesiis, Athenienses impigre naves obviam miserunt: compulsamque in Piræum,* agri Corinthii *portum, classem obsidentes, in magnum Lacedæmonios metum conjecerunt.* X. *Inter hæc cum Alcibiades, in Ioniam navigans, Chium, Erythras, Clazomenas, multaque alia Atheniensis imperii oppida per defectionem recepisset: Athenienses, missis in Ioniam navibus, bellum ibi cum Peloponnesiis varia fortuna gesserunt.* XV. *Lacedæmonii, cum rege Persarum et Tissapherne, satrapa ejus, fœdere contra Athenienses icto, ab iis in re navali juvantur.* XXXVII. *Alcibiades, vitæ suæ Peloponnesios insidiari sentiens, ad Tissaphernem sese confert, consiliisque suis apud eum rebus Peloponnesiorum incommodans, simul in patriam reditum molitur.* XLV. *Hoc initio contra populum conjurationes fieri cœptæ: ac in urbe quidem Quadringenti, rempublicam occupantes, imperium in cives per vim gesserunt; in Samo vero Atheniensium exercitus, pro populi tuendi imperio et libertate contra oligarchicos conjurat, et ab exsilio Alcibiadem reducit.* LIII. LXXVI. *Interim Theramenes aliique ex Quadringentis, tyrannidem suorum perosi, plebem adversus Quadringentos concitant.* LXXXIX. *Mox adeo cum magna clade Athenienses a Peloponnesiis navibus ad Eretriam fusi, Eubœam insuper amisissent: congregata concione, Quadringentis populus imperium abrogavit, pro his quinque millia civium, qui rebus præessent, constituuntur, et ab longinqua discordia in tranquilliorem statum res rediguntur.* XCV. XCVII. *Secundum hæc post varie gestum in Ionia bellum, Peloponnesii in Hellespontum ab Ionia classem bellumque transferentes, navali prælio ibidem ab Atheniensibus vincuntur.* CIV.

[a] Θουκυδίδου Ἀθηναίου ξυγγραφὴ ὀγδόη *Ar.* Titulo caret *C.* Θουκυδίδου ξυγγραφῆς ὀγδόης *Ald. Bas.* Θουκυδίδου ξυγγραφῆς ὀγδόη *Flor.* Θουκυδίδου τοῦ Ὀλόρου ξυγγραφῆς τὸ ὄγδοον *Editi reliqui.* Θουκυδίδου ξυγγραφῆς τὸ ὄγδοον *Cl.* Θουκυδίδου ξυγγραφῆς η'. *Gr.* Vide Annott. ad Lib. 1. *Huds.* Θουκυδίδου ξυγγραφῆς η'. *Reg.* Θουκυδίδου ξυγγραφῆς Η' *Cass.* Θουκυδίδου συγγραφῆς η'. et deleto η', pro eo 8. *Gr.*

Bell. Pelop. an. 19. Olymp. 91. 4. U. C. Varr. 341.

[a]ἘΣ δὲ τὰς Ἀθήνας ἐπειδὴ ἠγγέλθη, [b]ἐπιπολὺ μὲν ἠπίστουν [c]καὶ τοῖς πάνυ τῶν στρατιωτῶν, [d]ἐξ αὐτοῦ τοῦ ἔργου διαπεφευγόσι, καὶ σαφῶς [e]ἀγγέλλουσι, μὴ οὕτω γε ἂν [f]πανσυδεὶ διεφθάρθαι· [g]ἐπειδὴ δὲ ἔγνωσαν, χαλεποὶ μὲν ἦσαν τοῖς ξυμπροθυμηθεῖσι τῶν ῥητόρων τὸν ἔκπλουν, ὥσπερ οὐκ αὐτοὶ ψηφισάμενοι, ὠργίζοντο [h]δὲ καὶ τοῖς χρησμολόγοις τε καὶ μάντεσι, καὶ ὁπόσοι [i]τὶ τότε αὐτοὺς [k]θειάσαντες ἐπήλπισαν, ὡς λήψονται Σικελίαν. πάντα δὲ πανταχόθεν αὐτοὺς ἐλύπει τε, καὶ περιειστήκει ἐπὶ τῷ γεγενημένῳ φόβος τε καὶ κατάπληξις μεγίστη δή. ἅμα μὲν γὰρ, [l]στερόμενοι καὶ ἰδίᾳ ἕκαστος, καὶ ἡ πόλις [m]ὁπλιτῶν τε πολλῶν καὶ ἱππέων, καὶ ἡλικίας, οἵαν οὐχ ἑτέραν ἑώρων ὑπάρχουσαν, ἐβαρύνοντο· ἅμα δὲ, ναῦς οὐχ ὁρῶντες ἐν τοῖς νεωσοίκοις ἱκανὰς, οὐδὲ χρήματα ἐν τῷ κοινῷ, [n]οὐδ' ὑπηρεσίας ταῖς ναυσὶν, ἀνέλπιστοι ἦσαν ἐν τῷ παρόντι σωθήσεσθαι. τούς τε ἀπὸ τῆς Σικελίας πολεμίους εὐθὺς σφίσιν, ἐνόμιζον, τῷ ναυτικῷ ἐπὶ τὸν [o]Πειραιᾶ πλευσεῖσθαι, ἄλλως τε, καὶ τοσοῦτον κρατήσαντας,

[a] Εἰς *Cass.* Aug. Ὡς *Dan.* [b] Ἐπὶ πολὺ *C.* [c] Καὶ deest *Gr.* [d] Καὶ ἐξ αὐτ. τ. ἔργ. Mosqu. [e] Ἀγγέλουσι *Gr.* [f] Πανσυδεὶ *Ar. C. Cl. Gr. Huds.* Πανσουδὶ *Reg.* Aug. *Cass. Dan. Gr.* non πανσυδεί. πασυδεὶ Mosqu. et ν supraser. a m. al. [g] Ἐπειδή τι ἔγνωσαν *Marg. Ar. Gr. Ald. Flor. Bas. Reg. Cass.* Aug. [h] Δέ τι καὶ *Marg. Cam.* [i] Τὶ omittunt *Ar. C. Dan. Schol.* Basil. [k] Θειώσαντες Mosqu. [l] Στερούμενοι *Cl. Reg. Cass.* Aug. [m] Ὀπλητῶν Mosqu. [n] Οὐδὲ τὴν ἄλλην ὑπηρεσίαν *Marg.* Οὐδὲ ὑπηρεσίας *Gr.* ὑπηρεσίαν Mosqu. [o] Πειρεᾶ *Reg. Gr.* sed hic cum αι super ε.

Hoc autem *tantæ cladis* nuntio Athenas allato, *Athenienses* diu ne præcipuis quidem militibus, qui ex ipso prœlio evaserant, et aperte nuntiarant, fidem habuerunt, ut sic funditus eversa crederent. Sed postquam cognoverunt, oratoribus, * qui sicum aliis hanc navalem expeditionem studiose suaserant, erant infensi, quasi *hanc* ipsi non decrevissent; quinetiam irascebantur et ariolis et vatibus, et quotquot aliquid afflatu divino correpti dixerant, quo tunc ipsos in Siciliæ capiendæ spem induxerant. Undique autem omnia ipsos mœrore afficiebant, et pavor animique consternatio maxima profecto, propter id, quod acciderat, *ipsos* circumstabat. Simul enim affligebantur, quod et privatim et publice privati essent et multo peditatu et equitatu, et juventute, qualem alteram superesse non videbant. Simul etiam quod viderent, non satis esse navium in navalibus, nec *satis* pecuniæ in ærario, nec armamentorum ad nauticos usus necessariorum, in præsentia de sua salute desperabant: et hostes ex Sicilia cum classe confestim in Piræeum adversus se venturos arbitrabantur, præsertim tanta victoria potitos: quinetiam

* Quibus una cum aliis propensus ad navigationem fuerat animus, i. e. qui ad aliorum inclinationem animi suam adjunxerant. *Steph.*

καὶ τοὺς αὐτόθεν πολεμίους, τότε δὴ καὶ διπλασίως πάντα παρεσκευασμένους, [p] κατὰ κράτος ἤδη καὶ ἐκ γῆς καὶ [q] ἐκ θαλάσσης ἐπικείσεσθαι, καὶ τοὺς ξυμμάχους σφῶν μετ' αὐτῶν, ἀποστάντας. ὅμως δὲ, ὡς ἐκ τῶν ὑπαρχόντων, ἐδόκει χρῆναι μὴ ἐνδιδόναι, ἀλλὰ παρασκευάζεσθαι καὶ ναυτικὸν, ὅθεν ἂν δύνωνται, [r] ξύλα [s] ξυμπορισαμένους καὶ χρήματα, καὶ [t] τὰ τῶν ξυμμάχων ἐς ἀσφάλειαν ποιεῖσθαι, καὶ μάλιστα τὴν Εὔβοιαν, τῶν τε κατὰ τὴν πόλιν [u] τὶ ἐς εὐτέλειαν σωφρονίσαι, καὶ ἀρχήν τινα πρεσβυτέρων ἀνδρῶν ἑλέσθαι, οἵτινες περὶ τῶν παρόντων, ὡς ἂν καιρὸς ᾖ, [v] προβουλεύσουσι. [x] πάντα τε πρὸς τὸ παραχρῆμα περιδεὲς (ὅπερ φιλεῖ δῆμος ποιεῖν,) [y] ἕτοιμοι ἦσαν εὐτακτεῖν. καὶ ὡς ἔδοξεν αὐτοῖς, [z] καὶ ἐποίουν ταῦτα, καὶ τὸ θέρος ἐτελεύτα.

Bell. Pelop. an. 19. Olymp. 91. 4. U. C. Varr. 341.

β'. Τοῦ δ' [a] ἐπιγιγνομένου χειμῶνος, πρὸς τὴν ἐκ τῆς Σικελίας τῶν Ἀθηναίων μεγάλην κακοπραγίαν εὐθὺς οἱ Ἕλληνες πάντες ἐπηρμένοι ἦσαν· οἱ μὲν [b] μηδετέρων ὄντες ξύμμαχοι, [c] ὡς, ἤν τις καὶ μὴ παρα-

[p] Κατακράτος *Ald. Flor. Bas. Steph.* 1. *Reg. Cass.* Aug. [q] Ἐκ d. Mosqu. [r] Καὶ ξύλα *Gr.* [s] Ξυμπορης. Bas. [t] Id est; τὰ τῶν ξυμμάχων χωρία. Vel, τὰ τῶν ξυμμάχων ἀσφαλίζεσθαι, pro τοὺς ξυμμάχους ἀσφαλῶς φυλάσσειν καὶ ἐν τῇ τῆς πίστεως βεβαιότητι συνέχειν. *Æ. Port.* [u] Τινὰς ἐς εὐτ. *Cl.* τὴν ante πόλιν a m. rec. Mosqu. εἰς pro ἐς Bas. [v] Id est: περὶ τῶν παρόντων πραγμάτων βουλεύσουσι, πρὶν ἢ ταῦτα ταῖς ἄλλαις ἀρχαῖς, καὶ αὐτῷ τῷ δήμῳ τῶν πάντων κυρίῳ προτίθεσθαι. *Æ. Port.* Verum βουλεύσουσι legunt *Ar. C. Dan.* προβουλεύσουσι Mosqu. [x] Πάντες *Ald. Bas.* Πάντας, et deinde πάντα *Gr.* [y] Ἕτοιμα *Cass.* [z] Καὶ deest *Gr.* [a] Ἐπιγενομένου *Gr.* [b] Μηδ' ἑτέρων *Reg. Cass. Gr.* Aug. [c] Particulam καὶ hic loci nequaquam vacare, (ut nonnullis videtur) sed potius

hostes, qui in illa regione sedes habebant, tunc certe cum bellico rerum omnium apparatu duplo majore, suosque socios, defectione *ab Atheniensibus facta*, una cum ipsis jam totis viribus, terra marique *suam rempublicam* oppugnaturos. Veruntamen (ut in præsenti rerum statu facultas dabatur) visum est non oportere succumbere: sed et classem parare, materia et pecunia, unde possent, comparata; et socios præsidiis firmare, et præcipue Eubœam; et res urbanas aliqua ex parte corrigere sumtusque minuere: et creare *etiam placuit* aliquem Magistratum seniorum, qui de præsenti rerum statu, dum *adhuc* tempus opportunum esset, ante *cæteros omnes* consultarent. Denique (quod vulgus facere solet) propter præsentis metus magnitudinem ad omnia recte administranda parati erant. Ut autem hæc ipsis visa sunt, sic etiam fecerunt: atque hæc æstas excessit.

2. Insequenti autem hyeme, propter res ab Atheniensibus in Sicilia adeo male gestas, universi Græci protinus animis erecti fuerunt. Et illi quidem, qui neutrorum erant socii, a bello nequaquam amplius ab-

Bell. Pelop. an. 19. Olymp. 91. 4. U. C. Varr. 341.

καλῇ σφᾶς, οὐκ ἀποστατέον ἔτι τοῦ πολέμου εἴη, ἀλλ' [a] ἐθελοντὶ ἰτέον ἐπὶ τοὺς Ἀθηναίους· νομίσαντες κἂν ἐπὶ σφᾶς ἕκαστοι ἐλθεῖν αὐτοὺς, εἰ τὰ ἐν τῇ Σικελίᾳ [b] κατώρθωσαν· καὶ ἅμα ἡγούμενοι, βραχὺν ἔσεσθαι τὸν λοιπὸν πόλεμον· οὗ μετασχεῖν, καλὸν εἶναι· οἱ δ' αὐτῶν Λακεδαιμονίων ξύμμαχοι, ξυμπροθυμηθέντες [c] ἐπιπλέον, ἢ πρὶν, [d] ἀπαλλάξασθαι διὰ τάχους πολλῆς ταλαιπωρίας. μάλιστα δὲ οἱ τῶν Ἀθηναίων ὑπήκοοι ἕτοιμοι ἦσαν καὶ [e] παρὰ δύναμιν αὐτῶν ἀφίστασθαι, διὰ τὸ ὀργῶντες κρίνειν τὰ πράγματα, καὶ [f] μηδ' ὑπολείπειν [g] λόγον αὐτοῖς, ὡς [h] τό γ' ἐπιὸν θέρος οἷοί τ' ἔσονται περιγενέσθαι. ἡ δὲ τῶν Λακεδαιμονίων πόλις πᾶσί τε τούτοις ἐθάρσει, καὶ μάλιστα, ὅτι οἱ ἐκ τῆς Σικελίας αὐτοῖς ξύμμαχοι πολλῇ δυνάμει, [i] κατ' ἀνάγκην ἤδη, τοῦ ναυτικοῦ προσγεγενημένου, ἅμα [k] τῷ ἦρι, ὡς εἰκὸς, παρέσεσθαι ἔμελλον. πανταχόθεν τε

καινοπρεπῶς trajectam esse, censuerim; esse enim ἢν τις καὶ μὴ παρακαλῇ σφᾶς, pro ἢν καί τις μὴ παρακαλῇ. *Stephanus* in Append. ad Scripta al. de Dial. Att. p. 34. [a] Ἐθελοντὴ *Gr.* [b] Κατόρθωσαν *Ald. Flor. Bas. Gr. Cam.* [c] Ἐπὶ πλέον *C. Reg. Cass. Gr.* Aug. at ξυμπροτιμηθ. antea Mosqu. [d] Ἀπαλλάξεσθαι διατάχους *Ald. Flor. Bas. Steph.* 1. *Cass. Cam.* Aug. Διατάχους etiam *Reg.* [e] Παραδύναμιν *Ald. Flor. Bas.* Aug. [f] Μὴ δ' ὑπολειπεῖν *Cass.* Μὴ δ' etiam *Gr.* Aug. μὴ Mosqu. [g] Λόγον deest *Cass.* Aug. [h] Τό γε ἐπιὸν *Reg.* [i] Καταναγκην Aug. [k] Τῷ deest *Reg.*

stinendum, vel si nullus ipsos rogaret, sed adversus Athenienses ultro eundum, *censebant.* Singuli enim illos, si rem in Sicilia feliciter gessissent, etiam adversus se venturos fuisse existimabant: simul etiam reliquum bellum breve futurum ducebant, cujus se participes esse, præclarum *sibi* fore *putabant.* Qui vero Lacedæmoniorum erant socii, simul omnes longe majore studio, quam ante, multis ærumnis celeriter liberari cupiebant. Præcipue vero qui Atheniensium imperio parebant, vel supra vires ad defectionem ab ipsis *Athneiensibus* faciendam erant parati, * quod animi impetu *ac libidine cæca* de rebus judicarent, nec ullum rationi locum amplius relinquerent; quippe qui *putarent, fore, ut* insequenti æstate *Athenienses* superarent. Lacedæmoniorum vero civitas, cum propter hæc omnia fiduciam concipiebat, tum vero præcipue, quod Siculi socii cum magnis copiis, classis accessione jam necessario facta, ineunte statim vere, ut erat verisimile, *ipsis* præsto futuri

* Quod ex desiderio, quo incensi erant, *videlicet ut Athenienses subjugarentur,* de rebus judicarent, nec ullum jam relinquerent rationi locum, propter quam credi posset, illos usque ad sequentem æstatem fore incolumes; Vel sic: Quod pro ea indignatione, quam adversus illos conceperant, de rebus judicabant, etc. *Sed magis placet altera participii* ὀργῶντες *significatio. Stephanus.* Adeo accensis ira et cupiditate animis, ut nihil non modo ad animum, sed ne ad aures quidem admitterent, quasi insequentis æstatis bellum sustinere possint. *Acacius.*

εὐέλπιδες ὄντες, ἀπροφασίστως ἅπτεσθαι διενοοῦντο τοῦ πολέμου· λογιζόμενοι, καλῶς τελευτήσαντος αὐτοῦ, κινδύνων τε τοιούτων ἀπηλλάχθαι ἂν [k] τολοιπὸν, οἷος καὶ ὁ ἀπὸ τῶν Ἀθηναίων περιέστη ἂν αὐτοὺς, εἰ τὸ Σικελικὸν προσέλαβον· καὶ, καθελόντες ἐκείνους, αὐτοὶ τῆς πάσης Ἑλλάδος ἤδη ἀσφαλῶς [l] ἡγήσεσθαι. Bell. Pelop. an. 19. Olymp. 91. 4. U. C. Varr. 341.

γʹ. Εὐθὺς οὖν Ἆγις μὲν, ὁ βασιλεὺς αὐτῶν, ἐν τῷ χειμῶνι τούτῳ ὁρμηθεὶς [m] στρατῷ τινὶ ἐκ Δεκελείας, [n] τά τε τῶν ξυμμάχων ἠργυρολόγησεν ἐς τὸ ναυτικὸν, καὶ τραπόμενος ἐπὶ τοῦ [o] Μηλιέως κόλπου, Οἰταίων τε, κατὰ τὴν παλαιὰν ἔχθραν, τῆς λείας τὴν πολλὴν ἀπολαβὼν, χρήματα ἐπράξατο, καὶ Ἀχαιοὺς τοὺς Φθιώτας, καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς ταύτῃ Θεσσαλῶν ὑπηκόους, μεμφομένων καὶ ἀκόντων Θεσσαλῶν, [p] ὁμήρους τέ τινας ἠνάγκασε δοῦναι καὶ χρήματα· καὶ κατέθετο τοὺς ὁμήρους ἐς Κόρινθον, ἔς τε τὴν ξυμμαχίαν ἐπειρᾶτο προσάγειν. Λακεδαιμόνιοι δὲ τὴν πρόσταξιν ταῖς πόλεσιν ἑκατὸν νεῶν τῆς ναυπηγίας ἐποιοῦντο· καὶ ἑαυτοῖς μὲν καὶ Βοιωτοῖς πέντε καὶ [q] εἴκοσιν ἑκατέροις ἔταξαν, Φω- Paullo post Oct. 13.

[k] Τὸ λοιπὸν *Ald. Cass. Gr.* Aug. Mox ὁ ἀπὸ τῶν Ἀθηναίων *Cam.* ὁ d. Bas. [l] Ἡγήσασθαι *Gr.* [m] Στρατιᾷ τινι *Gr.* [n] Id est, τοὺς ξυμμάχους, ut paulo supra. *Æ. Port.* [o] Μηλιῶς κόλπου *Ar. C.* Hic sinus a quibusdam Μαλιακὸς, ab aliis etiam Λαμιακὸς vocatus ab urbe Lamia vicina, sed Atheniensibus et *Thucydidi* semper Μηλιεὺς κόλπος dictus est. Vide *Palmerii* Exercit. ad Gr. Auct. p. 275, 769. *Huds.* Μηλιῶς κ. *Reg. Dan.* Aug. Μηλίως et inter versus ἰῶς *Cass.* Μηλίου *Gr.* [p] Et, ut credo amplius, Echinunta occupavit et munitione firmavit. Id colligo ex *Aristophane* in Lysistrate, ubi introducit Athenienses pro Pylo repetentes Echinunta, quod fuisset absurdum, nisi Lacedæmonii illam urbem tenuissent. *Palmerius* in Exercitat. pag. 55. *Huds.* [q] Εἴκοσι Aug. Mosqu.

essent. Itaque, cum undique bonam spem haberent, abjecta omni cunctatione bellum capessere statuerunt: secum reputantes, si hoc *bellum* felicem exitum habuisset, se in posterum et hujusmodi periculis liberatum iri, cujusmodi fuisset et illud, quod ipsis ab Atheniensibus creatum fuisset, si res Siculas in suam potestatem redegissent. Et illis eversis, futurum, ut totius Græciæ imperium tuto jam obtinerent.

3. Confestim igitur Agis, eorum rex, hac hyeme cum quodam exercitu ex Decelea profectus, pecuniam a sociis ad classem comparandam exegit; et ad Maliacum sinum deflectens, ob vetustas inimicitias ingentem Œtæorum prædam egit, et *ex ea* pecuniam collegit. Achæos quoque Phthiotas, aliosque populos, qui Thessalorum imperio in illa regione parebant, conquerentibus ac invitis Thessalis, obsides quosdam ac pecuniam dare coëgit. Et obsides Corinthi deposuit, et *Corinthios* in societatem adducere conabatur. Lacedæmonii porro, centum naves ædificandas *sociis* civitatibus imperarunt. Atque sibi quidem ipsis ac Bœotis, quinas et vicenas utrisque faciendas assignarunt; Phocensibus

Bell. Pelop. an. 19. Olymp. 91. 4. U. C. Varr. 341.

κεῦσι δὲ καὶ Λοκροῖς πεντεκαίδεκα· [q] καὶ Κορινθίοις πεντεκαίδεκα· Ἀρκάσι δὲ καὶ Πελληνεῦσι καὶ [r] Σικυωνίοις δέκα· Μεγαρεῦσι δὲ καὶ Τροιζηνίοις καὶ Ἐπιδαυρίοις καὶ Ἑρμιονεῦσι δέκα· τά τε ἄλλα παρεσκευάζοντο, [s] ὡς εὐθὺς πρὸς τὸ ἔαρ ἑξόμενοι τοῦ πολέμου.

Post Oct. 13.

δ'. Παρεσκευάζοντο δὲ [t] καὶ Ἀθηναῖοι, ὥσπερ διενοήθησαν, ἐν τῷ χειμῶνι τέτῳ τήν τε ναυπηγίαν, ξύλα ξυμποριςάμενοι, καὶ Σούνιον τειχίσαντες, ὅπως αὐτοῖς ἀσφάλεια [u] ταῖς σιταγωγοῖς ναυσὶν εἴη τοῦ περίπλου· καὶ τό, τε ἐν τῇ Λακωνικῇ τείχισμα ἐκλιπόντες, ὃ ἐνῳκοδόμησαν παραπλέοντες ἐς Σικελίαν, καὶ τὰ ἄλλα, εἴπου τὶ ἐδόκει ἀχρεῖον ἀναλίσκεσθαι, ξυστελλόμενοι ἐς εὐτέλειαν· μάλιστα δὲ [v] τὰ τῶν ξυμμάχων [x] διασκοποῦντες, ὅπως μὴ σφῶν [y] ἀποστήσωνται.

ε'. Πρασσόντων δὲ ταῦτα ἀμφοτέρων, καὶ ὄντων οὐδὲν ἄλλο, ἢ ὥσπερ ἀρχομένων, [ἐν] [z] τῇ κατασκευῇ τοῦ πολέμου, πρῶτοι [a] Εὐβοεῖς ὡς Ἄγιν περὶ ἀποστάσεως τῶν Ἀθηναίων [b] ἐπρεσβεύσαντο ἐν τῷ χειμῶνι τούτῳ. ὁ δὲ, προσδεξάμενος τοὺς λόγους αὐτῶν, μεταπέμπε-

[q] Καὶ Κορινθίοις πεντεκαίδεκα omittuntur in *Cass.* et *Gr.* sed deinde scripta sunt in margine. Πέντε καίδεκα etiam *Gr.* [r] Σικυωνίοις δέκα. τάτε ἄλλα *Gr.* cetera in marg. scribuntur. Verba inde ab Ἀρκάσι ad Σικ. δέκα om. Mosqu. sed adscr. marg. ab al. m. καὶ ante Ἐπιδαυρ. om. Mosqu. [s] Ὡς manu recenti inter versus Aug. *Cass.* [t] Καὶ οἱ Ἀθηναῖοι *Ar.* Mosqu. [u] Τοῖς *Reg.* [v] Τὰ deest *Reg. Cass.* [x] Διανοοῦντες *Ar.* [y] Ἀποστήσονται Mosqu. [z] Τῇ deest Aug. *Reg. Cass. Cam.* qui et paullo post εὐχειμῶνι, κατασκ. Mosqu. om. τῇ. [a] Εὐβοῆς Aug. et a recenti correctore Εὐβοεῖς *Cass.* mox ὡς in marg. Mosqu. [b] Ἐπρεσβεύοντο *Reg.*

vero et Locris, quindecim; et Corinthiis, quindecim; Arcadibus et Pellenensibus et Sicyoniis, decem; Megarensibus et Trœzeniis et Epidauriis et Hermionensibus, decem. Cætera quoque comparabant, ut sub veris initium protinus inituri bellum.

4. Per hanc ipsam hyemem Athenienses quoque, quemadmodum constituerant, ædificandis navibus operam dederunt, materia comparata, et Sunio munito, ut naves, quæ commeatum ipsis subveherent, tuto circumveherentur. Et munitionem in agro Laconico, quam in Siciliam trajicientes exstruxerant, deseruerunt; cæterosque sumtus, si quis in res inutiles fieri videbatur, conduxerunt. Sed in primis prospiciebant, ne socii a se deficerent.

5. Dum autem hæc utrique facerent, * ipsoque *renovandi* belli apparatu nullam aliam speciem præberent, quam eorum, *qui tunc primum bellum* inciperent, primi *omnium* Euboënses ad Agin hac hyeme legatos de defectione ab Atheniensibus facienda miserunt. Ille vero, cum eorum orationem admisisset,

* *Id est:* et appararent bellum perinde, ac si tunc primum illud moverent. *F. Port.* Et nihil aliud, quam invicem se apparatu belli prævenire maturarent. *Valla.*

ται ἐκ Λακεδαίμονος [c] Ἀλκαμένην τὸν Σθενελαΐδου, καὶ Μέλανθον, ἄρχοντας, [d] [ὡς] ἐς τὴν Εὔβοιαν. οἱ δ' ἦλθον, ἔχοντες τῶν [e] Νεοδαμωδῶν ὡς τριακοσίους· καὶ παρεσκεύαζεν αὐτοῖς τὴν διάβασιν. ἐν τούτῳ δὲ καὶ Λέσβιοι ἦλθον, βουλόμενοι καὶ αὐτοὶ ἀποστῆναι. καὶ, ξυμπρασσόντων αὐτοῖς τῶν Βοιωτῶν, ἀναπείθεται Ἆγις, ὥστε Εὐβοίας μὲν [f] πέρι ἐπισχεῖν· τοῖς δὲ Λεσβίοις παρεσκεύαζε τὴν ἀπόστασιν, [g] Ἀλκαμένει τε [h] ἁρμοστὴν διδοὺς, ὃς ἐς Εὔβοιαν πλεῖν [i] ἔμελλε. καὶ δέκα μὲν Βοιωτοὶ ναῦς ὑπέσχοντο, δέκα δὲ Ἆγις. καὶ ταῦτα [k] ἄνευ τῆς Λακεδαιμονίων πόλεως ἐπράσσετο. ὁ γὰρ Ἆγις, ὅσον χρόνον ἦν περὶ Δεκέλειαν, ἔχων τὴν [l] μεθ' ἑαυτοῦ δύναμιν, κύριος ἦν [m] καὶ ἀποστέλλειν, εἴ ποι τινὰ ἐβούλετο στρατιὰν, καὶ ξυναγείρειν, καὶ χρήματα πράσσειν. καὶ πολὺ μᾶλλον, ὡς εἰπεῖν, κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν [n] αὐτοῦ οἱ ξύμμαχοι [o] ὑπήκουον ἢ τῶν ἐν τῇ πόλει Λακεδαιμονίων· δύναμιν γὰρ ἔχων αὐτὸς, ἑκασταχόσε δεινὸς παρῆν. καὶ ὁ μὲν τοῖς Λεσβίοις ἔπρασσε.

Bell. Pelop. an. 19. Olymp. 91. 4. U. C. Varr. 341.

[c] Ἀλκαμένη *Ar. C. Reg. Cass. Gr.* Aug. et Στενελαΐδου *Gr.* [d] Ὡς omittunt *Ar. C. Cass. Dan.* Ὡς τὴν Εὔβοιαν *Reg.* Mosqu. (qui et mox ὁ δ' ἦλθ. p. οἱ.) *Gr.* sed in *Gr.* recens manus adscripsit ἐς. [e] Νεοδαμῶν *Gr. Dan.* [f] Περὶ *Gr.* et a prima manu *Cass.* in quo deinde emendatum erat πέρι. [g] Ἀλκαμένη *Ar. C. Cl. Gr. Reg. Cass.* sed corrector postea adscripto ν fecerat Ἀλκαμένην. Ἀλκαμένην Aug. Mosqu. cui et d. τὴν ἀπόστασιν. [h] Alii Harmostæ, qui a Lacedæmoniis turbato reip. statu eligi ac constitui solebant: Alii illi, qui in subactas et subjugatas urbes mittebantur. De quibus consule *Maussaci* notas in *Harpocrat. Cragium* de Rep. Laced. l. 2. c. 13. et *Meursii* Miscel. Lacon. l. 2. c. 4. *Huds.* [i] Ἔμελλεν *Gr.* [k] Id est: ἄνευ τοῦ ἐκείνης ψηφίσματος. *Æ. Port.* [l] Καθ' ἑαυτοῦ *Reg.* Μετ' αὐτοῦ *Gr.* [m] Καὶ d. Mosqu. [n] Αὐτοῦ deest *Dan.* [o] Ὑπήκοον Mosqu.

Lacedæmone arcessivit Alcamenem, Sthenelaidæ *filium*, et Melanthum, * *duos civitatis* principes, ut in Eubœam *eos mitteret.* Illi vero cum trecentis libertis in civitatem nuper adscriptis venerunt, et *Agis* transitum ipsis præparabat. Interea etiam et Lesbii venerunt, quod et ipsi defectionem *ab Atheniensibus* facere vellent. Bœotis autem eos adjuvantibus, Agis *eorum verbis* adductus est, ut res quidem Euboicas intermitteret; Lesbios vero in defectione facienda juvaret, et res ad eam necessarias pararet, et Alcamenem præfectum *ipsis* daret, qui in Eubœam navigaturus erat. Atque Bœoti quidem decem naves polliciti sunt, Agis vero decem. Hæc autem ignara civitate Lacedæmoniorum transacta sunt. Agis enim, quamdiu cum suis copiis apud Deceleam egit, jus habuit et copias mittendi, si quo vellet, et contrahendi, et pecunias exigendi. Atque tunc temporis vel multo magis (ut ita loquar) ei, quam *cæteris* Lacedæmoniis, qui in urbe erant, socii parebant. Quod enim exercitum secum haberet, quocunque se contulisset, formidabilis aderat. Et

* Ut Eubœæ ipsos præficeret. *Acacius.*

Bell. Pelop. an. 19. Olymp. 91. 4. U. C. Varr. 341. Post Jan. et ante April 7.

Χῖοι δὲ καὶ Ἐρυθραῖοι, ἀποστῆναι καὶ αὐτοὶ ἕτοιμοι ὄντες, [p] πρὸς μὲν Ἄγιν οὐκ ἐτράποντο, ἐς δὲ τὴν Λακεδαίμονα. καὶ παρὰ Τισσαφέρνους, ὃς βασιλεῖ Δαρείῳ τῷ Ἀρταξέρξου στρατηγὸς ἦν τῶν κάτω, πρεσβευτὴς ἅμα μετ' αὐτῶν παρῆν. ἐπήγετο γὰρ καὶ ὁ Τισσαφέρνης τοὺς Πελοποννησίους, καὶ ὑπισχνεῖτο τροφὴν παρέξειν. [q] ὑπὸ βασιλέως γὰρ νεωστὶ ἐτύγχανε [r] πεπραγμένος τοὺς ἐκ τῆς ἑαυτοῦ ἀρχῆς φόρους, οὓς, δι' Ἀθηναίους ἀπὸ τῶν Ἑλληνίδων πόλεων οὐ δυνάμενος πράσσεσθαι, ἐπωφείλησε. [s] τούς τε οὖν φόρους [t] μᾶλλον, ἐνόμιζε, κομιεῖσθαι, κακώσας τοὺς Ἀθηναίους, καὶ ἅμα βασιλεῖ ξυμμάχους Λακεδαιμονίους ποιήσειν, καὶ [u] Ἀμόργην, τὸν [x] Πισσούθνου υἱὸν νόθον, ἀφεστῶτα περὶ Καρίαν, ὥσπερ αὐτῷ προσέταξε βασιλεὺς, ἢ ζῶντα ἄξειν, ἢ ἀποκτείνειν. οἱ μὲν οὖν Χῖοι καὶ Τισσαφέρνης κοινῇ κατὰ τὸ αὐτὸ ἔπρασσον.

ς'. Καλλίγειτος δὲ ὁ Λαοφῶντος, Μεγαρεὺς, καὶ Τιμαγόρας ὁ Ἀθηναγόρου, Κυζικηνὸς, φυγάδες τῆς ἑαυτῶν ἀμφότεροι, παρὰ Φαρναβάζῳ τῷ [y] Φαρνα-

[p] Πρὸς μὲν τὸν Ἄγιν *Reg.* [q] Ὑπὲρ βασιλέως legisse videtur *Valla.* [r] Πεπραμένος Mosqu. [s] Τούς τ' οὖν *Gr.* τοῦτε οὖν Mosqu. [t] Μᾶλλον deest *Cass.* Aug. sed in hoc a m. recent. inter vss. adser. [u] Ἀμόργον *Gr.* [x] Scribitur et *Aliis* cum simplici σ. ut et Τισαφέρνης. *Huds.* [y] Φαρνάκου *Ar. C.* Mosqu. quomodo legendum, censet *Palmerius* in Exercitat. pag. 56. cum et ita habeat *Aristoteles* de Hist. Animal. l. 6. c. 36. et Φαρνάκης nomen sit notum Persicum seu Ponticum. *Huds.* Φαρνάκου, et inter versus a manu recenti Φαρναβάκου *Reg.* Φαρναβάκου, et a correctore Φαρνάκου *Cass.* Φαρναβάκῳ *Gr.*

hic quidem Lesbiis operam dabat. Chii etiam et Erythræi, cum et ipsi ad defectionem faciendam essent parati, non ad Agin, sed ad ipsam Lacedæmoniorum civitatem, se converterunt. * Cum ipsis etiam *illuc* ivit legatus, *missus* a Tissapherne, qui regis Darii, Artaxerxis *filii*, prætor inferioris provinciæ erat. Nam et Tissaphernes Peloponnesios incitabat, et pollicebatur, se stipendium præbiturum. Nuper enim a rege impetraverat tributa suæ provinciæ, quæ *regi* debuerat, quod *ea*, propter Athenienses, a Græcis civitatibus exigere non potuisset. Existimabat igitur, se facilius *in posterum* tributa recepturum, si Athenienses *bello* vexasset; simul etiam se Lacedæmoniorum societatem regi conciliaturum, et Amorgen, Pissuthnæ filium nothum, qui defectionem *a rege* circa Cariam fecerat, quemadmodum ipsi rex imperaverat, aut vivum adducturum, aut interfecturum. Chii igitur et Tissaphernes communi hac in re consilio agebant.

6. Sub idem autem tempus Calligetus Laophontis, Megarensis, et Timagoras, Athenagoræ *filius*, Cyzicenus, sua uterque *patria* extorris, qui apud Pharnabazum, Pharnabaci

* Ita distinguunt *Interpretes.* In *Editionibus* quidem *Stephanicis* nulla post Λακεδαίμονα ponitur distinctionis nota, verum potiorem *Codd. MSS.* auctoritatem sequuti sumus. Huds.

βάκου κατοικοῦντες, ἀφικνοῦνται περὶ τὸν αὐτὸν καιρὸν ἐς τὴν Λακεδαίμονα, πέμψαντος [u] Φαρναβάζου, ὅπως ναῦς κομίσειαν ἐς τὸν Ἑλλήσποντον, καὶ αὐτὸς, εἰ δύναιτο, (ἅπερ ὁ Τισσαφέρνης προὐθυμεῖτο,) τάς τε ἐν τῇ [x] αὐτοῦ ἀρχῇ πόλεις [y] ἀποστήσειε τῶν Ἀθηναίων, διὰ τοὺς φόρους, καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ βασιλεῖ τὴν ξυμμαχίαν τῶν Λακεδαιμονίων [z] διὰ ταχέων ποιήσειε. πρασσόντων δὲ ταῦτα χωρὶς ἑκατέρων, [a] τῶν τε ἀπὸ τοῦ Φαρναβάζου καὶ τῶν ἀπὸ [b] τοῦ Τισσαφέρνους, πολλὴ ἅμιλλα ἐγίγνετο τῶν ἐν τῇ Λακεδαίμονι, ὅπως οἱ μὲν ἐς τὴν Ἰωνίαν καὶ Χίον, οἱ δ' ἐς τὸν Ἑλλήσποντον, πρότερον ναῦς καὶ στρατιὰν [c] πείσωσι πέμπειν. οἱ μέντοι Λακεδαιμόνιοι τὰ τῶν Χίων καὶ Τισσαφέρνους [d] παραπολὺ προσεδέξαντο μᾶλλον. ξυνέπρασσε γὰρ αὐτοῖς καὶ Ἀλκιβιάδης, Ἐνδίῳ [e] ἐφορεύοντι, πατρικὸς [f] ἐς τὰ μάλιστα ξένος ὤν· ὅθεν καὶ τοὔνομα Λακωνικὸν ἡ οἰκία αὐτῶν, κατὰ τὴν ξενίαν, [g] ἔσχεν· Ἔνδιος γὰρ [h] Ἀλκιβιάδου ἐκαλεῖτο, [i] ὅμως δὲ οἱ Λακεδαιμόνιοι,

Bell. Pelop. an. 19. Olymp. 91. 4. U.C. Varr. 341.

[u] Φαρνάζου *Ar.* procul dubio Librarii errore. *Huds.* [x] Ἑαυτοῦ *Ar. C. Cl.* Aug. Αὐτοῦ *Ald. Flor.* Mosqu. Ἐν τῇ ἀρχῇ αὐτοῦ *Gr.* Ἑαυτοῦ *Reg. Cass.* Etiam τάς τ' ἐν *Gr.* [y] Ἀποστήσειν *Ar.* et mox ποιήσειν. [z] Διὰ τὰ τῶν Χίων *Marg.* Διαταχέων *Ald. Flor. Bas. Steph.* 1. Διὰ ταχέων omittunt *Gr. Cl.* Etiam *Cass.* Aug. et *Cam.* [a] Τῶν τ' ἀπὸ *Gr.* [b] Τοῦ deest *Gr.* [c] Πείσουσι *Reg. Cass. Gr. Cam.* Aug. [d] Παρὰ πολὺ *C.* [e] Si Endius eo anno Ephorus fuit: quomodo igitur eodem anno Eperatum, et vigesimo Onomantium ponit *Xenophon* p. 271. *Ed. Steph.* et 462. *Ed. Leunclavii?* Respondit *Palmerius*: plures fuisse Ephoros, et quidem quinque numero, sed eorum unum fuisse Eponymum, a quo annus notabatur. Endius igitur non fuit Eponymus et primus Ephorus, licet et in Ephororum numero: et ideo de eo non facit mentionem *Xenophon*, qui solos Eponymos memorat. *Huds.* [f] Ἐσταμάλιστα *Ald. Flor. Reg.* Mosqu. [g] Ἔσχεν in marg. ab al. m. Mosqu. [h] Ἀλκιβιάδης *Reg.* Aug. *Cass.* et hic a recenti emendatore inter versus Ἀλκιβιάδου. [i] Ὅμ. δὲ καὶ οἱ Λ. Mosqu.

***filium***, habitabant, Lacedæmonem venerunt, a Pharnabazo missi, ut naves in Hellespontum transportarent; utque ipse quoque, si posset, *eadem impetraret*, quæ Tissaphernes contendebat, et civitates in sua provincia sitas ab Atheniensibus per defectionem alienaret propter tributa, operaque sua Lacedæmoniorum societatem regi celeriter conciliaret. Cum autem utrique separatim hæc agerent, qui a Pharnabazo, et qui a Tissapherne missi fuerant, ingens concertatio inter Lacedæmonios exstitit: his quidem, ut in Ioniam et Chium; illis vero, ut in Hellespontum classis et exercitus prius mitteretur, persuadere nitentibus. Lacedæmonii tamen Chiorum et Tissaphernis postulata multo lubentius admiserunt. Nam et Alcibiades eos adjuvabat, qui Endio, *tunc* Ephori magistratum gerenti, erat arctissimo hospitalis amicitiæ vinculo junctus, quæ a patre cœperat: unde propter hospitium, illorum familia nomen etiam Laconicum obtinuit. Endius enim Alcibi-

Bell. Pelop. an. 19. Olymp. 91. 4. U. C. Varr. 341.

πρῶτον κατάσκοπον ἐς τὴν Χίον πέμψαντες Φρύνιν, ἄνδρα περίοικον, εἰ αἵ τε νῆες αὐτοῖς [k] εἰσὶν, ὅσας περ ἔλεγον, καὶ τὰ ἄλλα ἡ πόλις ἱκανή ἐστι πρὸς τὴν λεγομένην δόξαν, ἀπαγγείλαντος αὐτοῖς, ὡς εἴη ταῦτα ἀληθῆ, ἅπερ ἤκουον, τούς τε Χίους καὶ τοὺς Ἐρυθραίους [l] εὐθὺς ξυμμάχους ἐποιήσαντο· καὶ τεσσαράκοντα ναῦς ἐψηφίσαντο αὐτοῖς πέμπειν, ὡς ἐκεῖ οὐκ ἔλασσον ἢ ἑξήκοντα, ἀφ' ὧν οἱ Χῖοι ἔλεγον, ὑπαρχουσῶν. καὶ τὸ μὲν πρῶτον δέκα τούτων [m] αὐτοῖς ἔμελλον πέμπειν, καὶ [n] Μελαγκρίδαν, ὃς αὐτοῖς ναύαρχος ἦν. ἔπειτα, σεισμοῦ γενομένου, ἀντὶ τοῦ Μελαγκρίδου Χαλκιδέα ἔπεμπον, καὶ ἀντὶ τῶν δέκα νεῶν πέντε παρεσκευάζοντο ἐν τῇ Λακωνικῇ. καὶ ὁ χειμὼν ἐτελεύτα, καὶ ἑνὸς [o] δέον εἰκοστὸν ἔτος τῷ πολέμῳ ἐτελεύτα τῷδε, ὃν Θουκυδίδης ξυνέγραψε.

Bell. Pelop. an. 20. Olymp. $\frac{91}{92}$. $\frac{4}{1}$. U. C. Varr. $34\frac{2}{3}$. Ab April 8.

ζ'. Τοῦ δ' [p] ἐπιγιγνομένου θέρους, εὐθὺς ἐπειγομένων τῶν Χίων ἀποστεῖλαι τὰς ναῦς, καὶ δεδιότων, μὴ οἱ Ἀθηναῖοι τὰ πρασσόμενα [q] αἴσθωνται, (πάντες γὰρ κρύφα αὐτῶν ἐπρεσβεύοντο,) ἀποπέμπουσιν οἱ Λακεδαιμόνιοι ἄνδρας Σπαρτιάτας ἐς Κόρινθον τρεῖς,

[k] Ἦσαν, in margine εἰσὶν, et mox ἐστὶν πρὸς *Gr.* αἵ τε αἱ ν. Mosqu. et mox τ' ἄλλα. [l] Εὐθὺς d. Mosqu. [m] Αὐτοὶ *Ar. C. Reg. Dan.* Aug. Mosqu. et a prima manu *Cass.* deinde αὐτοῖς. [n] Μελιγυρίδαν, υ pro ϐ, et manu recenti Μελαγυρίδαν *Cass.* Μελαγρίδαν et mox Μελαγρίδου *Dan.* Μελυγορίδαν Aug. et sicubi ϐο occurrit, scr. *u.* [o] Δέοντος Mosqu. [p] Ἐπιγινομένου *C.* [q] Αἴσθονται *Ald. Flor. Bas.* αἴσθωνται Bas. 1540. at deinde πάντως Mosqu.

adis *filius* appellabatur. Lacedæmonii tamen Phrynin, hominem *Chiis* vicinum, in Chium prius miserunt, ut exploraret, an et naves tot ipsis essent, quot dicebant, et an cæteras facultates urbs *illorum* haberet, quas fama erat eam habere. Cum autem ille ipsis renuntiasset, hæc vera esse, quæ audierant, confestim et Chios et Erythræos in societatem receperunt. Et quadraginta naves ipsis mittendas decreverunt, quod non minus, quam sexaginta, illic essent, ex illis *sociis civitatibus contractæ*, quas Chii dicebant. Atque primum quidem ex istis *quadraginta*, decem erant missuri, et Melancridam, qui ipsorum navarchus erat. Deinde *vero*, cum terræmotus extitisset, pro Melancrida Chalcideum miserunt, et pro decem navibus quinque *tantum* in Laconica præpararunt. Et hæc hyems exiit, hujusque belli, quod Thucydides conscripsit, undevicesimus annus excessit.

7. Ineunte autem vere, statim, Chiis instantibus, ut naves *sibi* mitterentur, et metuentibus, ne Athenienses resciscerent, quæ agitabantur, (nam omnes clam illis legatos *Lacedæmonem* miserant) Lacedæmonii miserunt tres viros Spartanos Corinthum, ut quam celerrime ab

ὅπως ἀπὸ τῆς ἑτέρας θαλάσσης [n] ὡστάχιστα ἐπὶ τὴν πρὸς [o] τὰς Ἀθήνας ὑπερενεγκόντες τὰς ναῦς τὸν ἰσθμὸν, κελεύσωσι πλεῖν ἐς Χίον πάσας, καὶ, ἃς ὁ Ἄγις παρεσκεύαζεν ἐς τὴν Λέσβον, καὶ τὰς ἄλλας. ἦσαν δὲ αἱ ξύμπασαι τῶν ξυμμαχικῶν νῆες αὐτόθι μιᾶς δέουσαι τεσσαράκοντα.

Bell. Pelop. an. 20. Olymp. $\frac{91}{92}$. $\frac{4}{1}$. U.C. Varr. $34\frac{2}{3}$.

η'. Ὁ μὲν οὖν Καλλίγειτος καὶ Τιμαγόρας ὑπὲρ τοῦ Φαρναβάζου οὐκ [p] ἐκοινωνοῦντο τὸν στόλον ἐς τὴν Χίον, οὐδὲ τὰ χρήματα ἐδίδοσαν, ἃ ἦλθον ἔχοντες, ἐς τὴν ἀποστολὴν, πέντε καὶ εἴκοσι τάλαντα, [q] ἀλλ' ὕστερον ἐφ' ἑαυτῶν διενοοῦντο ἄλλῳ στόλῳ πλεῖν. ὁ δὲ Ἄγις, ἐπειδὴ ἑώρα τοὺς Λακεδαιμονίους ἐς τὴν Χίον πρῶτον ὡρμημένους, οὐδ' αὐτὸς ἄλλο τι [r] ἐγίγνωσκεν· ἀλλὰ ξυνελθόντες ἐς Κόρινθον οἱ ξύμμαχοι ἐβουλεύοντο. καὶ ἔδοξε, πρῶτον ἐς Χίον [s] αὐτοὺς πλεῖν, ἄρχοντα ἔχοντας Χαλκιδέα, ὃς ἐν τῇ Λακωνικῇ τὰς πέντε ναῦς παρεσκεύασεν· ἔπειτα ἐς Λέσβον, [t] καὶ Ἀλκαμένην ἄρχοντα, ὅνπερ [u] καὶ Ἄγις διενοεῖτο· τὸ τελευταῖον δὲ, ἐς τὸν Ἑλλήσποντον ἀφικέσθαι· (προσετέτακτο δὲ [x] ἐς αὐτὸν ἄρχων Κλέαρχος ὁ Ῥαμφίου·) [y] διαφέρειν δὲ τὸν

[n] Ὡς τάχιστα *Ald. Flor. Bas.* [o] Τὰς omittunt *Ar. C. Reg. Cass. Cam.* Aug. mox ὑπερενεγκόντας Mosqu. [p] Ἐκοινοῦντο *Bas.* et prima manu *Gr.* quod deinde emendatum erat ἐκοινωνοῦντο. *Cam.* cum ceteris *Mss.* etiam Mosqu. ἐκοινωνοῦντο. [q] Ἀλλ' ὕστερον ὑφ' ἑαυτῶν *Cam.* [r] Ἐγίγνωσκε *Gr.* Infra quoque ν, quod ἐφελκυστικὸν vocant, quamplurimis locis in eodem libro sequente vocali omittitur, vel sequente consonante additur. Et sic in *Cass.* [s] Αὐτοῖς *Gr. Cam.* Aug. mox ἄρχοντας ἔχ. Mosqu. [t] Καὶ deest *Ar.* [u] Καὶ non habet *Cass.* Καὶ ὁ Ἄγις *Reg.* [x] Ἐς deest erasa scriptura, et ex αὐτὸν, abrasis itidem duabus ultimis literis, factum αὐτῶν *Cass.* Ἐς αὐτὸ *Cam.* [y] Διαφέρειν abest *Reg.* sed eadem manu inter versus scribitur.

altero mari, in id, quod Athenas spectat, navibus, per Isthmum transvectis, omnes in Chium navigare juberent, tam eas, quas Agis præparaverat in Lesbum *mittendas*, quam cæteras. Erant autem illic universæ sociarum *civitatum* naves numero undeqnadraginta.

8. Calligetus autem et Timagoras, Pharnabazi legati, hujus classis in Chium proficiscentis participes esse noluerunt; neque pecunias dederunt, quas secum attulerant, ut classis mitteretur, quinque et viginti talenta, sed postea per se cum alia classe navigare statuerunt. Agis autem, cum vidisset Lacedæmonios primum in Chium *classem mittere* statuisse, ne ipse quidem aliud censuit: sed socii, cum Corinthum convenissent, consultare cœperunt. Ipsis autem visum est primum *quidem*, in Chium esse navigandum, duce Chalcideo, qui quinque naves in Laconica præparaverat: deinde *vero*, in Lesbum, duce Alcamene, quem etiam Agis *eo mittere* statuerat: postremo vero, in Hellespontum proficisci; (Clearchus autem, Rhamphiæ *filius*, classi præfectus fuerat;) Pri-

Bell. Pelop. an. 20. Olymp. $\frac{91}{92}$. $\frac{4}{1}$. U. C. Varr. $34\frac{2}{3}$.

ἰσθμὸν τὰς [y] ἡμισέας τῶν νεῶν πρῶτον, καὶ εὐθὺς ταύτας ἀποπλεῖν, ὅπως μὴ οἱ Ἀθηναῖοι πρὸς τὰς ἀφορμωμένας μᾶλλον τὸν νοῦν ἔχωσιν, ἢ τὰς ὕστερον [z] διαφερομένας. καὶ γὰρ [a] τὸν πλοῦν ταύτῃ ἐκ τοῦ προφανοῦς ἐποιοῦντο, καταφρονήσαντες τῶν Ἀθηναίων ἀδυνασίαν, ὅτι [b] ναυτικὸν οὐδὲν αὐτῶν πολύ πω ἐφαίνετο. ὡς δὲ ἔδοξεν αὐτοῖς, καὶ διεκόμισαν [c] εὐθὺς μίαν καὶ εἴκοσι ναῦς.

θ'. Οἱ δὲ Κορίνθιοι, ἐπειγομένων αὐτῶν τὸν πλοῦν, οὐ προεθυμήθησαν ξυμπλεῖν, [d] πρὶν τὰ Ἴσθμια [e] (ἃ τότε ἦν,) [f] διεορτάσωσιν. Ἆγις δὲ αὐτοῖς ἕτοιμος ἦν, ἐκείνους μὲν μὴ λύειν δὴ [g] τὰς Ἰσθμιάδας σπονδάς, ἑαυτοῦ δὲ τὸν στόλον ἴδιον ποιήσασθαι. οὐ ξυγχωρούντων δὲ τῶν Κορινθίων, ἀλλὰ διατριβῆς [h] ἐγγιγνομένης, οἱ Ἀθηναῖοι ᾔσθοντο τὰ τῶν Χίων μᾶλλον, καὶ, πέμψαντες ἕνα τῶν στρατηγῶν, Ἀριστοκράτην, ἐπητιῶντο αὐτούς. καὶ ἀρνουμένων τῶν Χίων, τὸ πιστὸν, ναῦς, σφίσι ξυμπέμπειν ἐκέλευον [i] ἐς τὸ ξυμμαχικόν· οἱ δ'

[y] Ἡμισείας *Ar. C. Reg.* Aug. [z] Διαφερομένας Mosqu. in marg. sed in contexto ἐπιφερομένας. [a] Id est: τὸν πλοῦν ταύτῃ ἐκ τοῦ προφανοῦς ποιεῖν διενοῦντο. *Æ. Port.* [b] Ναυτικὸν αὐτῶν πολύ πω οὐδὲν ἐφαίνετο *Marg.* Πολύ πω ἢ ἰσχυρὸν ἐφαίνετο *Cl.* [c] Εὐθὺς omittit *Cl.* αὐτοῖς leg. Mosqu. [d] Πρὶν Ἴσθμια *Ar. C.* De Isthmiis vide *Plutarchum* in Nicia. *Huds.* [e] Ἃ αὐτοῖς τότε ἦν *Marg. Cam.* [f] Διεορτάσωσι Bas. Διεορτάζειν, τὸ πάσας τῆς ἑορτῆς ἡμέρας διελθεῖν, πᾶσαν τὴν ἑορτὴν ἑορτάζειν, πάσας τὰς νενομισμένας τῆς ἑορτῆς ἡμέρας ἐς τὴν ἑορτὴν ἐπαναλίσκειν. *Æ. Port.* [g] Scil. τὰς σπονδὰς τὰς τόσον χρόνον οὔσας, ὅσον τὰ Ἴσθμια εἶναι ἐφίλουν. nam qui ad Olympia, Pythia Nemea, Isthmia certatum aut spectatum ibant, habebant belli tempore ἀσφάλειαν καὶ ἄδειαν. Insuperque notatum *Straboni, aliisque*, olim, cum tota Græcia armis ferveret, Eleos, utpote Jovi sacros, et eorum hospites in alta pace vixisse. Vide, quæ sequuntur Sect. 10. *Huds.* [h] Γενομένης *Gr.* [i] Id est:

mum autem dimidiam navium partem per Isthmum transportandam *censuerunt*, et confestim istas *illuc* proficisci *voluerunt*, ne Athenienses animum potius adverterent ad eas, quæ *tunc* proficiscerentur, quam ad eas, quæ postea *illuc* transportarentur. Etenim ab hac parte propalam navigare statuerant, contemta Atheniensium imbecillitate, quod ipsorum nulla magna classis *usquam* adhuc appareret. Cum autem *hoc* ipsis placuisset, confestim etiam unam et viginti naves transportarunt.

9. Corinthii vero, quamvis ipsi *Lacedæmonii* navigationem urgerent, cum illis tamen navigare noluerunt, prius quam omnes Isthmiorum dies festos, qui tunc erant, celebrassent. Agis vero paratus erat *ad hoc ipsis concedendum*, ut ipsi quidem Isthmica fœdera tunc minime rumperent, ipse vero classem suam faceret, *ac suam esse simularet*. Verum cum Corinthii *hoc illi* concedere nollent, sed mora interponeretur, Athenienses consilia Chiorum facilius senserunt; et, Aristocrate, uno e ducibus, *illuc* misso, illos insimularunt. Chiis autem negantibus, *Athenienses* jusserunt eos ex societatis jure naves secum mittere ad fidem faciendam:

ἔπεμψαν ἑπτά. [i] αἴτιον δ' ἐγένετο τῆς ἀποστολῆς τῶν νεῶν, οἱ μὲν πολλοὶ τῶν Χίων, οὐκ εἰδότες τὰ πρασσόμενα, οἱ δὲ ὀλίγοι, ξυνειδότες, τό, τε πλῆθος οὐ βουλόμενοί πω πολέμιον ἔχειν, πρίν τι καὶ [k] ἰσχυρὸν λάβωσι, καὶ τοὺς Πελοποννησίους οὐκέτι προσδεχόμενοι ἥξειν, ὅτι διέτριβον.

Bell. Pelop. an. 20. Olymp. $\frac{9}{9}\frac{1}{2}.\frac{4}{1}$. U. C. Varr. $34\frac{2}{3}$.

ί. Ἐν δὲ τούτῳ τὰ Ἴσθμια [l] ἐγίγνετο· καὶ οἱ Ἀθηναῖοι (ἐπηγγέλθησαν γὰρ,) [m] ἐθεώρουν ἐς αὐτά· καὶ κατάδηλα μᾶλλον αὐτοῖς τὰ τῶν Χίων ἐφάνη. καὶ, ἐπειδὴ ἀνεχώρησαν, παρεσκευάζοντο εὐθὺς, ὅπως μὴ [n] λήσωσιν αὐτοὺς αἱ νῆες ἐκ τῶν [o] Κεγχρειῶν ἀφορμηθεῖσαι. οἱ δὲ, μετὰ τὴν ἑορτὴν, ἀνήγοντο μιᾷ καὶ εἴκοσι ναυσὶν ἐς τὴν Χίον, ἄρχοντα Ἀλκαμένην ἔχοντες. καὶ αὐτοῖς οἱ Ἀθηναῖοι [p] τοπρῶτον ἴσαις ναυσὶ [q] προσπλεύσαντες, [r] ἐπῆγον ἐς τὸ πέλαγος. ὡς δ' [s] ἐπὶ πολὺ οὐκ ἐπηκολούθησαν οἱ Πελοποννήσιοι, ἀλλ' [t] ἀπετράποντο, ἐπανεχώρησαν καὶ οἱ Ἀθηναῖοι. τὰς γὰρ

κατὰ τὸ ξυμμαχικὸν, κατὰ τὸ τῆς ξυμμαχίας δίκαιον. Vel, τὸ πιστὸν ἐς τὸ ξυμμαχικὸν pro πρὸς τὸ πίστιν ποιεῖσθαι αὐτοὺς βεβαίους εἶναι ξυμμάχους καὶ τὰ τῆς ξυμμαχίας δίκαια βεβαίως τηρεῖν. *Æ. Port.* [i] Αἴτιος Mosqu. [k] Ἐχυρὸν *Ar.* mox οὐκ ἔτι Aug. ut semper; et ita Mosqu. [l] Ἐγίνετο *Gr.* [m] Quod nunquam fecissent, nisi fœdere cautum sibi esse, existimantes: erant enim hostes, et capitales. Videsis Sect. 9. *Huds.* [n] Λήσουσιν *Reg. Cass. Gr.* Aug. λήσωσι Mosqu. qui mox contra, ναυσὶν προσπλ. [o] Forsan Κεγχρεῶν· nam Κεγχρέαι *Aliis.* [p] Τὸ πρῶτον *C. Bas.* Aug. *Cass.* [q] Προσπλέοντες *Ar.* antea ναυσὶν Mosqu. [r] Id est, ἐπάγειν ἐπειρῶντο. *Æ. Port.* [s] Ἐπιπολὺ *Ald. Flor. Bas. Steph.* 1. Ἐπὶ πολὺ ad tempus refert *Interpres noster*, non ad spatium, ut *Valla. Huds.* Ἐπιπολὺ *Reg. Cass. Gr.* Aug. [t] Ἐπετράποντο *Gr. Bas.* Ἐτράποντο *Dan.* antea Πελοποννσ. Mosqu.

illi vero, septem miserunt. Harum autem navium *ad Athenienses* mittendarum hæc fuit causa, quod Chiorum quidem plebs ignoraret ea, quæ clam agitabantur, pauci vero, qui horum erant conscii, plebem nondum hostilem habere vellent, priusquam aliquod firmum præsidium adepti essent, et Peloponnesios nequaquam amplius venturos exspectarent, quia *diutius* morabantur.

